18 Quibus addendum est, hoc adeò verum esse, vt nec auctoritate rescripti ad hoc impetrata possit debitor ab huiusmodi præstatione se liberare, vt in. l. 2. &. 3. C. de can. frumēt. vrbis Romæ lib. 11. l. in fraudē C. de annonis, & tribut. lib. 10. l. fin. C. si contra ius, vel vtilitatē pub. l. nec damnosa. C. de precibus Imperat. offerendis. l. vni. C. vt nemini liceat ab emptione spe cierum libro. 10.

Debitor certæ quā
titas annonæ in fru
stib us, talis prædi
non potest dedu
scere expensas.

19 Quinimō etiam ijs addendum est, nec posse debitem annonæ expensas deducere: nam licet reguliter, quando quis constituit annonam in fructibus talis prædij præstandam simpliciter, & indeterminatē dicerem faciendam esse deductionē expēsarum iuxta l. fructus, vbi Iaff. ex num. 15. & post alios insignis Petrus Barbosa .ff. solut. matr. l. i. C. de fructibus, & litium expensis. l. si à patre, vel à domino. §. fin. ff. de petitione hæred. ita vt nullus casus inueniri possit, qui hoc genus deductionis impediat iuxt. l. fundus qui, in fine. ff. fam. Herciscund. Menoch. de recip. posses. re. med. 15. num. 374. Dueñas reg. 387. Baeça de decim. cap. 29. Diaz reg. 302. Tamen quando certa, & determinata annonæ quantitas in fructibus talis prædij. cōstituitur, veluti decē corbes frumenti, nulla erit facienda deductio expensarum, vt ex text. in. l. si debitor 39. versic. verisimile .ff. de contrah. emption. notarūt

Alex.

23 *Castr. de annon. ciuilib.*

23

Alex. & Bart. num. 7. Socin. nu. 11. in d. l. fructus. Abb. in cap. pastoralis col. vlt. ext. de decimis Campesius ē dote. 2. par. quæst. 12. nu. 6. Tiraq. de vtroq; retract. lib. 1. §. 15. glof. 1. nu. 17. Quò fit, vt cum in casu ord. lib. 2. tit. 16. agricolæ teneantur certam quantitatē fructuum, de qua ibi pro quolibet iugo boum. nomi- netributi soluere, non poterunt deducere expensas, vt aduertit idem Barbos. vbi supra.

Intellectus ad or-
dinem reg.

20 Et quānis hanc cōmunē sentent. limitabat Claud in d. l. fructus col. 2. non procedere, quando ista certa quātitas refertur ad quotam, veluti ad tertiam, vel quartam partem fructuum, quia tunc afferit dēducēdas esse expensas, arg. text. in d. l. fructus. coniuncta lege, quæ de toto .ff. de rei vend. Tamen opinio Clau dij in proposito placere nō debet, quia cū aliqua pars remaneat penes debitorem, dubium nō est, quin ei sit pro onere, veluti partiario colono, & sic remanet in ijsdem terminis de quibus supra. Et ita videtur sentiēre vbi supra insignis ille Petrus Barbosa vir admirabi lis sanctitatis, & virtutis exemplum, cuius scripta ad ius ciuale, tanquam aurea p̄ceptores mei grauissimi habuerunt in Salmanticensi schola, & eius sapientissimis documentis tota respub. Hispaniæ satis illu- stratur, quæ dum etiam differuntur typis excudi, bene est vt interim, nec eorū vtilitate studiosos, nec minus auctoritate hæc scripta defraudemus.

21 Ex hac superiori declaratione iam facile colliges has annonas ciuiles eas dici debere, quas vulgò appellamus *Tēcas de por Vida*, colligitur ab Alciato lib. 8. Pa rergon cap. 1. subscrbit Vallascus de iure emphit. 1. p. quæst. 12. num. 6. & illustrissimus Barbosa nr̄z etatis Barbosa.

vnicum

Annonæ ciuiles
vulgò temças de
por vida.

Apud Hispanos di-
uersis nominibus
annonæ ciuiles.

Reges Iuda, & Is-
raël, etiam presta-
bant annonas suis
clientibus.

Annona est du-
plex.

vnicum, ac singulare decus, & ornamentum in l. iube-
mus nulli. C. de sacro sanct. eccles. schol. 2. Sed apud
Hispanos hæc annona ciuilis diuerso, & vario nomi-
ne nūcupatur, nam cum Rex noster, omniq; optimus,
ac maximus, clientes habeat, vel ex domo Regia Bur-
gūdiæ, Aragoniæ, vel Castellæ, singula singulis no-
nūcupantur vulgò minibus nuncupari solet, & sic apud ipsos hæc anno-
nas ciuiles appellantur vulgariter, *Raciones, quitaciones,*
gages.

22 Quæ sanè consuetudo, quam Reges Hispaniæ ha-
buerunt suos alédi domesticos, vel emeritis alimoniâ
præstâdi nō solùm fluxit ab Imperatoribus Romanis,
vt videre est passim apud Livium, & Sueton. & vbiq;
patet ex pluribus iuribus hic citatis: sed etiam eam an-
tea à Regibus Hebreorum Iuda, & Israël duxisse ori-
ginem satis aperte cōstat ex sacra pagina. 4. Reg. cap.
25. ibi, *Annonam quoque constituit:* & Iudith. cap. 5. Itē
apud Persas, & Medos idem esse in vnu apparet ex. 1.
Daniel. ibi, *Constituit eis Rex annonam*, vbi etiam in sa-
cra scriptura annonam interpretari licet tributum, &
pro ipsa annona Regi præstabatur, vt constat ex. 3.
Regum. cap. 4. ibi *præbebant annonam Regi*, & 1. Esdras
cap. 7. ibi *& annonas imponedi*, & Esdras. 2. cap. 5. ibi
Annonas ducatus mei.

23 Harum igitur annonarum ciuilium, quas Reges
nostrí præstare suis clientibus benè emeritis consue-
terūt, apud nos duplex species cōstituitur, alia enim
in perpetuis redditibus consistit, vulgò, temças de juro ē
herdade: alia verò gratiæ; & gratiæ ad vitam
possidentis, et eius morte, veluti viuis fræctus extin-
giuntur. §. vlt. Instit. de vñfructu. cap. 1. In fin. quis sit
dux

dux, vel marchio in vñibus fædor.

24 Et licet prædictæ annonæ perpetuæ maximâ ha-
beant proximitatē cum censu, & emphiteusi, & s̄ pē-
numero res annonaria; & census confundatur vt in.
l. 2. C. sine censu, vel reliquis.

25 Tamen longo interuallo distant: & annona à cen-
su, eo maximè distinguitur, quia annona ciuilis con-
stituitur gratuito pro remuneratione meritorum, aut
laboris in re, aut sine ea, absq; alio titulo contractus,
vt patet ex supradictis. At verò census constituide-
bet super re immobili titulo emptionis, & vendi-
tionis cum translatione pleni dominij, & posses-
sionis: notant omnes Doctores in cap. constitutus
ext. dereligionis domibus: Vallas. de iure emphit.
quæst. 32. ex num. 7. Rebuf. ad leges Gallicas. 2.
tom. tit. de constit. reddituum, Molineus in con-
suet. Parisien. tit. 2. §. 57. 58. & colligitur ex ex-
trauag. Martini Quinti, & Callixti Tertij, quas habe-
mus in extrauag. cōmunibus sub tit. de emptione &
vēditione, & constat ex proprio motu Pij quinti, de
quibus Couar. lib. 3. var. cap. 7. num. 2. col. 4.

26 Huius differentiæ effectus vtilis est, quia etiam si
pereat res, ex qua annona ciuilis præstari debet, adhuc
tamen remanet obligatio personalis, quæ est princi-
palis virtute, cuius debitor tenebitur pensionario, vt
singulariter tenuit Couar. loco supra citato num. 5.
versi. secundo. Cū tamen contrariū dici debeat in censu,
in quo cū dominium directum, & vtile transferatur
tit. emptionis, & vēditionis, nec esset sequitur ad eū
pertinere periculum & damnum ipsius rei, super qua
census est constitutus, vt si pereat amplius præstatio

Res annonaria, &
census confundi-
tur.

Annona, censu &
ephiteusi in an-
nus redditibus cō-
stituitur.

Annona à censu in
quo differt.

Census quomodo
constituatur

Effectus differen-
tiæ inter annonam
& censem,

26 *Castr. de annon. ciuib.*

non debeatur, argum. text. in. §. cum autem Inſtit. de
emptione, & vēditione. l. 1. & per totum. C. de peric.
& com. rei vend. quicquid Couar. vbi supra num. 5.
versic. ego sanè, contrarium existimet. Nam non ex
alia cauſa hunc contractum censualem ab vſuraruſ
labe excusari certū est, quām ex titulo emptionis, et vē
ditionis, vt probant Pontifices supra relati, ergo eius
regulis prædictus contractus census stare deber ex.
d. §. cum autem.

Annona ciuilis in
qua differt ab em
phiteusi.

27 Præterea distingui potest annona ciuilis ab em
phiteusi in duobus, quæ recenser glos. censum ab em
phiteusi distingui. in cap. constitutus verb. iuxta ratā
extr. de religios. dom. quam post alios latissimè pro
sequitur Aluarus Valaf. de iure emphit. 1. par. quæſt.
32, ex num. 27. Euerardus in locis legalibus loco. 31.
ex num. 2.

Fœudum quid sit.

28 Deinde prædicti contractus differunt à fœudo,
quia illud datur pro personali obsequio præstando
cap. 1. §. fin. quibus cauſ. fœud. amitt. annona verò
pro seruitio præterito, vt supra explicaui. Licet de
vno ad alterum possit argumentari, nam sicut fœudum
ad descendentes masculos ſolum pertinet cap. 1.
de natura ſucess. fœud. Vallaf. de iure emphit. quæſt.
41. niſi pro fœminis ſit acceptum cap. 1. de ſucess.

Argumentum de
fœudo ad maiora
cum.

frat, ita ex iure nostri Regni annona regia gratuita,
quæ eſt à Principe donata ciuileſ, & eius descendē
tibus ad masculos ſpectabit iure maioratus, ord. lib. 2.
tit. 17. §. 5. vnde quæadmodū etiā fit argumentatio de
fœudo ad maioratum, vt notat Bald. in l. cū in anti
quioribus num. 6. C. de iure delibet. Molina lib. 1. pri
mogen. cap. 7. Menesius in rubr. nu. 7. C. de fidei cō
missis

Argumentū de an
nona ciuili ad ma
ioratum,

27 *Castr. de annon. ciuib.*

missis. Julius Clarus lib. 4. ſentent. recept. §. fœudum
num. 69. ita ſimiliter de annonā ad maioratum, & cō
uerso erit legitima argumentatio, vt infra videbitis.
29 Effectionis autem diſerentiæ, quam ſupra posui in
ter annonā, & emphiteuf. notabilis eſt, nam ſi quis cō
ſtituat pares ciuiles, ſeu annonas præſtari alicui ex ta
li fundo, licet inducatur hypotheca, & onus reale in ip
ſo fundo, vt ex text. in. l. 2. ibi deuoluta. ff. de alimētijs,
& cibar. legat. probarunt Costall. in. l. fin. §. fin. ff. de
contrahend. emption. Couar. de ſponsal. 2. par. ca. 8.
§. 6. num. 14. Vallaf. de iure emphiteu. 1. par. quæſt. 32.
num. 21. Gigas de pension. quæſt. 51. Castillo in. l. 74.
Taur. colum. 8. versic. ex ijs. Tamen nihilominus ta
lis fundus poterit alienari non requiſita persona, cui
illa annua præſtatio ſolui debet, vt tenet Paul. & Im
mola in. l. nihil proponi. 123. per tex. ibi. ff. delegat. 1.
cuius hec ſunt verba, *Nihil proponit cur prohibeat hæ
res adiicia distrahere, quorum redditus ſportulæ ſunt relictæ,
ſalua tamen cauſa legati tradit ſpeculatori tit. de emptio
ne, & vend. §. nunc aliqua num. 144. Iaff. in. l. 2. n. 45.*
C. de iure emphit. Quod non eſt ita dicendum in eo,
qui emphiteuticam pensionem ſoluere tenet, nec
enim poterit alienare quin prius dominum directum
requirat, vt ſi pro tanto pretio velit rem recipere,
& ſi noluerit quinquagesimam partem laudem iæ no
mine ei ſoluat. l. final. C. de iure emphiteut. Quæ de
claratio ad illum text. extenditur, etiam vt procedat
in cenuſu, ſecundūm Ruin. Dec. & alios, quos refert, &
sequitur Vallaf. de iure emphiteut. q. 32. nec enim
ſi alienet cenuſarius irrequiſita persona, cui cēſus præ
ſtatur, cadet in commiſſum, vt in notabili caſu docet

Diferentia inter an
nonam, & emph
iteufism.

Debitor annona
potest alienare iē,
supra qua debet
annonam ſine li
centia pensiona
rii.

Emphiteutica nō
potest alienare ſi
ne licentia domi
nidireſti.

Cenuſarius potest
alienare ſine li
cencia dñi direſti.

idem Vallasc. in suis novis consilijs consult. 34.

30 Quibus addendum est hodie ex vsu, & cōsuetudine prouincie, *Dētre Deuro Minho*, cēsum ab emphiteu si distingui, quia censuſ soluitur in pecunia, emphiteuſis verō in fructibus, prout testatur Vallasc. d. quæſt.

32. num. vlt. in quo tamē aduertes obiter ex illo tex.

in d.l. nihil proponi. rectē iudicatuſ fuisse in hoc Regno, caſu, quo testator reliquit fundū, vt ex eo pro eius

anima certæ Missæ perpetuo celebrarētur, nō ob hoc

induxiſſe capellam, majoratum, aut vinculum in fau-

rem familiæ, quoniam si censeretur induxiſſe, nō es-

ſet licita alienatio, de qua ibi, auth. ſes quæ. C. cōmu-

nia delegat, ſcripſit in ſignis Petr. Barbos. cuius varijs

prudentiæ doctrinis velut ſtellis tota micat Hispania,

ipſe enim hæc omnia proponit in leſt. legis. 2. §. ſi

hæres p̄cept. ff. ad. l. conf. Trebellean.

Onus ſoluēdi anno non tranſit ad ſingularem poſſorem rei certæ.

31 Cæterū adhuc in prædicto caſu ſuperiori adno-

tandum eſt, quod ſi quis conſtituat annoā alicui p̄e-

ſtandam ſimpliciter, non destinata re ſpeciali obliga-

ta, ſed omnia ſua bona generaliter iure pignoris pro

præſtatione annoz obliget, non tenebitur emptor,

vel legatarius rei certæ ſibi vēdiæ, vel legatæ ad luē-

dum pignus, quod generali bonorum hypoteca fue-

rat contraftum à testatore pro annuo redditu p̄eftā

do, vt nobis in hoc loco aduertit eruditus, & ſaris ac-

cuti ingenij, & bonæ indolis vir, multis titulis cōmē-

dandus Hieronymus à Pace integræ famæ, & opinio-

nis ſpectabilis, plura, vt ſolet, dū accuratiſſimè ſuis

p̄eceptoribus diſputando animaduertit. Nec obſtar

text. in. §. ſed etiſi rem obligatam Institut. delegat. per

quem nonulli oblata facti contingentia contrarium

con-

Sententia la-
ta in regno Portu-
galie defenditur.

Barbosa.

Onus ſoluēdi an-
nona non tranſit
ad ſingularem poſſo-
rem rei certæ.

consuluerunt, nam ille text. procedit in legato vni-
versitatis in quo tale onus luitioris debet ſpectare ad
ipſum legatarium proportione legati, vt in. l. cum pa-
ter. §. mensæ, vbi Bar. & alij notant. ff. deleg. 2. quo-
niam tale onus p̄efatae generalis hypothecæ bonoruſ,
q̄e fuit in annuis redditibus, non tranſit in legatariū
rei certæ, prout tranſit onus reale ipſam rem inficiēſ,
vt in lege Imperatores. ff. de public. & veſtigal.
cum alijs.

32 Quę tamē vberiū procedet in annona Ecclesiæ,
vel ſchol. debita, vt in. l. 1. j. hoc tit. nā in hac ſpecie li-
cet generaliter fiat hypoteca, tamē ita omnia debito
ris bona erūt iure pignoris obſtricta, p̄ preſtatione an-
nonę, vt in quoscūq; tertios poſſeffores pars aliqua bo-
norū vadet, trāſeat cū ſuo onere, ſecūdū ea, quæ in ſi-
mili tradit Rip. in. l. 1. §. ſi hæres p̄cep. nu. 5. ff. ad Tre-
bel. facit text. in. l. 1. ſupra ſi prop. publica pens. l. 1.
C. in quibus cauſis pignus, vel hypot. coniunctis hiſ
quæ tradunt Doctores in rubr. C. de iure fisci lib. 10. &
Horat. Lucius in tract. de præuilegijs ſcholarum pri-
uileg. 74. resoluens idem, quod recipitur in fisco, quia
cauſa publica eſt, recipiendū eſſe in cauſis ſcholarū.

33 Et hinc etiam eſt, quod quanuis regulariter qui
maioratus bona reſtitutioni fidei commiſſariæ ſubie-
cta poſſideret, non teneatur ad debita cōtracta per p̄e-
deceſſorē, cui ipſe nō ſuccedit, ſed primo iuſtitutori
ex. l. vñex famili. §. ſi de falſ. ff. deleg. 2. vbi Menſ.
numero. 7. Gregorius in. l. 40. tit. 15. par. 2. verb. de ſus
deudas, & poſt alios Ant. Gomez in. l. 40. Tauri. nu. 72.
quicquid minūſbenè cōtra ſentiant ibi Castillo nu.
26. & Cifuent. quæſt. 16. Tamen hoc fallēt omnino in

D 3 sub-

Intel'ectus. §. ſed
& ſi rem. Iuſtitut.
de legat.

Onus ſoluēdi an-
nona Ecclesiæ, vel
ſcholis tranſit ad
ſingularem poſſeffore
rei certæ.

successor m̄joratus
nō tenetur ad
debita p̄edecessoriſ.

Onus soluendianum Ecclesie, vel scholis transit ad successore majoratus. subiectis terminis, vbi scilicet ratione annoꝝ effectionam Ecclesie, & tunc sit debitor prædecessor in maioratu Eccles. vel schol. talia enim debita annonaria sequuntur res ipsas, & bona ipsa ad quæcūq; vadant, neq; in præjudiciū schole, aut Ecclesiæ, tanquam utilitatis publicæ, potuit in stirutor maiorum disponere, quominus hypotheca hæc per legem contrahatur, licet expressè omnē spe ciem alienationis inhibuerit: siquidem ius publicum priuatorū pactionibus lædi, aut minui nō potest. I. ius publicum. ff. de pactis. l. non dubium. C. de. II. Pote rit enim Ecclesia, aut schola intendere hypotecariā, aduersus rerū singulariū successores ex. l. 1. & .2. supra si vñus ex pluribus hæred. l. 1. supra de hær. action. l. 3. §. hæres. ff. cōmodati. l. 5. titu. 2. par. 5. atq; hic casus, in quo successor in maioratu tenetur agnoscere debita prædecessoris, addendum est alijs similibus enumeratis a Molina lib. 1. cap. 10. ex. n. 32.

Annona ciuilis cō putatur inter bo na immobilia.

Barbosa.

34 His sic cōstitutis, quæ pertinent ad notionē huius verbi (*annonæ ciuiles*) Pro cōplemēto adhuc nonnulla sunt aduertēda. Primo enim notandum est has annonas ciuiles cōputari inter immobilia, vt in. l. iubemus nulli ibi, *annonas ciuiles*. C. de sacros. eccles. vbi post glos. in fine explicat insignis Barb. & latè Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. glos. 6. nu. 4. & probat ord. reg. lib. 3. ti. 32. in principio, quod amplia procedere in quibuscū que annuis redditibus, qui ex re priuatorum percipiuntur, vt in. Clement. exiuit. §. cumq; annui redditus, extra de verb. signific. quem text. ibi dicit singularem Card. & tradit Cassan. in confuetudin. Burgūdiaz rubri. 5. §. 1. num. 3. Molin. in tract. commētiorū, q. 37. n. 237. Vallas. de iure emphit. q. 12. num. 6. & idē consue-

consultatione. 49. Valle cōf. 54. num. 28. & nouissimē

Andreas Gail, qui alios refert lib. 2. obseruat. 10.

35 Hinc fit Hispaniæ maioratus institutionē in huius Majoratus institutiō in annis redditibus valet, tanquam in rebus immobilibus.

lib. 1. primog. c. 10. nu. 5. atq; si quis instituat vinculum maiorum in omnibus bonis suis. immobilibus, in illis etiā cōprehēdētur hi anni redditus, pro ut testatur Pelaez de maioratis. 1. part. quæst. 40. n. 6. & 14.

Greg. Lopez in. l. 15. tit. 9. par. 6. verb. *contra*. Vnde cauēdū est à Ioāne Lopez in. l. 70. Taur. col. 4. qui ex i

stimauit prædictos annuos redditus nō esse bona mobilia nec immobilia, sed quandā speciē de perse constitueret: loquitur enim expressè cōtra tex. in. d. clem. exiuit. §. cumq; annui redditus de verb. signific. Ceterum prædicta intelligenda sunt, non procedere in redditibus iam cessis, nec etiam in ijs, qui ad modicum tempus sunt constituti, pro ut docent plures Auctores, quos refert Tiraq. de vtroq; retract. lib. 1. §. 1. gloss. 6. ex nu. 10. & sequenti.

36 Effectus huius rei in praxi maximi sunt. Primo enim cū prædicti anni redditus sint inter immobilia manifestè patet nō posse tutorē eos alienare sine auctoritate prætoris. l. 3. §. siu. ff. de rebuse orū, qui sub tut. vel cur. sunt. l. etiā. 13. iūcta. gloss. vlt. C. de prædijs minorum. explicat Turneuns lib. 30. aduersar.

cap. 35. Scorfus consil. 4. cent. 3. Nec etiam maritus pro eis poterit sine licentia vxoris in iuditio litigate

iuxta ordin. nostrā lib. 3. tit. 32. Neq; etiam alienare sine prædicta licentia, vt in ordin. lib. 4. tit. 6. & quan-

ta, etiam si ei vi-

uis alienatio vxori utilis sit, non valebit, quicquid lisit.

Palacius

Instituens maiorum in suis bonis immobilibus, cēsetur etiā illum fundare in annis redditibus perpetuis, quos habet.

Palac. Rubeus se futatur.

Tutor non potest alienare annonas, vel annuos redditus.

Alienatio rei dotalis non valet sine licentia vxoris fa-

cta, etiam si ei vi-

uis alienatio vxori utilis sit, non valebit, quicquid lisit.

Palac. Rubeus in rubr. de donat. §. 68. nnn. 7. Anton. Gomez in l. 54. Tauri num. 2. Xarez tit. *De las deudas*, num. 12. nam cum illa licetia requiratur à lege, verius est absq; illa non valere, vt firmat eleganter insignis Barbosa cōmunis omniū præceptor in l. 1. ff. folio 10.
luto matrim. Arit. 96. idq; ex notabili doctrina Schil.

in l. si filius, qui in potestare col. 5. in fin. ff. de li. & posthum. vbi ait, *Quod quando in aliquo actu requiri-
tur certa forma à lege, ea non interueniente actus cor-
ruit, etiā si vitilis sit illi, in cuius fauore introducta est,
solemnitas illa, facit text in cap. 1. extra de rebus eccl.
nō alienand. lib. 6. glos. in c. 1. verb. *Sede vacante*, extra
ne sede vacante, quanvis vxor possit sua ratificatione
actū validare arg. text. in c. si qua de rebus. 12. q. 2. l.*

Opinio Barbosa. Julianus. §. si quis colludente. ff. de action. empt. tradit
Pinel. de bonis mater. in l. 1. 3. p. n. 32. Cou. pract. quæ
stionum cap. 28. num. 10. in fine, & probat ord. libro
4. §. 3.

Pro annona com-
petit interdictū re-
cuperaṇdæ, & re-
tinendæ quod pro re-
re mobili non da-
tur.
37 Secundus effectus est, quod pro ista annona,
annuisq; redditibus competit interdictum recu-
perandæ, & retinendæ vii possidetis, quod pro re
mobili non datur, sed pro immobili. l. 1. §. 1. vers. illud
ff. de vi, & vi armat. glos. optima in l. rem, quæ nobis,
verb. erupta. ff. de acquirend. posses. quam ibi commē-
dant Paulus, Bar. & Alber. Soc. conf. 87. num. 15. vol.

Qui recusat an-
nuos redditus sol-
uere, dicitur spo-
lium committere.
2. Mesing. cent. 3. obser. 85. quibus addendum est, &
interdicto, vnde viagi posse aduersus eum, qui an-
nuos redditus soluere recusat, is ènī spolium. com-
mittere dicitur, atq; ideo etiam èx constitutione l. si
quis in tantam. C. vn. vi (quæ est translata lib. 4. tit. 50.
ord. nostræ) aduersus huiusmodi detentorem poterit

experiri

experiri per notata à Bal. in l. cōductionis num. 2. C.
locat. vbi notabiliter dicit spoliū committere eum, Qui possidet an-
nuos redditus re-
leuabitur ab one-
re fatisandi.
lib. 2. obseruatione 75. neq; erit audiendus reus vo-
lens allegare causas, cur redditum annum soluere
non teneatur, cum quæstio ista ad petitorum potius,
quam ad possessoriū pertineat, ideoq; prius solutio fa-
cienda est arg. text. in cap. in literis. c. concurrente
de restit. spoliat. l. si coloni. C. de agricol. &. cens. li-
bro. 11.

38 Tertius effectus est, q; qui possidet hos annuos Annuus redditus
redditus releuabitur ab onere fatisandi, tanquā. qui si ex stipulatione
debetur vnicā pre-
possidet immobilia. ord. lib. 3. tit. 20. l. sciendum, vbi
scriptio. 3. o. an-
Iass. & Alber. nu. 12. ff. qui fatisdari cogantur, Tiraq. norū imposterum
de retract. Linagier. §. 1. gl. 6. nu. 6. quos addatis ad tollitur.
dict. ord.

39 SECUNDUM, & illud in proposito nō minus Secus verò si debe-
cōsideratione dignum est, q; in cōtrouersia ponitur, tur ex vlt. volunt.
an siquidem in annuis redditibus incipit præscriptio,
non à die obligationis, sed à tempore, quo cessatum
est in solutione, vt in l. cum notissimi. §. in his etiam
C. de præscriptione. 30. vel. 40. annorum, vbi Bart.
Bal. Salic. & alij. cōmuniter. Prædicta præscriptio. 30.
annorum sufficiens sit, nonsolum ad præscribendas
præstationes præteritas, sed etiam, vt per eam præscri-
batur obligationi principali, vt imposterū annuus
redditus amplius peti non possit. Et ommissis duabus
priorib; opinionib; glos. ea magis cōmuniter recepta
est, quam ponit Accurs. in d. l. cum notissimi. §. in his
verb. cuīsq; anni in fine, scilicet distinguendum esse

E inter

inter annuos redditus ex stipulatione, aut ex legato debitos, vt primo casu, vna præscriptio sufficiat, nō solū ad præteritas, sed ad futuras præstationes præscribendas. Secundo verò casu ait, tot esse necessarias præscriptiones, quot sunt anni, vt per singulis annis spatiū 30. annorū requiratur: cuius differētia ratio est, quia quando annuus redditus constituitur per viam stipulationis, vna est stipulatio, & obligatio, & statim actio nata pro futuris præstationibus, vt in l. Sticum, aut Pā philum. 16. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. l. Senatus. 35. §. fin. ff. de donat. causa mortis: ac proinde vna etiam erit præscriptio pro redditibus futuris, vt in l. eos. C. de usuris. facit text. quem Canonistæ allegant in cap. de quarta de præscriptione. & sic totum istud ius, & actio præscribetur spatio. 30. annorum. l. omnes. l. sicut in rem. C. de præscriptione. 30. vel. 40. ann. At verò quādō relinquitur annuus redditus per viam legati, tunc sunt plura legata, pro primo anno purum, pro sequenti conditionale, & nulla est nata actio ante cōditionem: l. cum in annos. ff. quādō dies leg. cedat. l. si in singulos. 4. ff. de annuis leg. atq; ideò nihil mirū si pro sequenti anno non detur præscriptio, antequā actio nascatur. arg. text. in l. decem. ff. de verb. oblig. tradit glof. i. in fine. i. ēto text. ibi in l. empti. C. de eui etionibus: neq; enim erit præscriptio eius rei, quæ sub cōditione debetur. l. cum notissimi. §. illud. C. de præscriptione. 30. vel. 40. annorū: cū pendēti conditione nulla sit actio. l. cedere diem. ff. de verb. signif.

40. Et pro hac opinione est etiam text. in l. si v̄sus fructus alternis. ff. quibus modis v̄sus fructus amittatur, vbi v̄sus fructus ille alternis annis relictus, ideo non amittitur,

Legatū annuū red
ditus plura lega
ta in se continet.

Antequam actio
nascatur non da
tur eius præscript
io.

titur, quia plura legata in se continet; sic in proposito in annuo redditu in vlt. volūtate relicto erit dicēdum, quia plura legata in eo cōtinētur, vt in d. l. si in singulos. ff. de ann. leg. Et hanc sententiam Accursi. sequitur Bart. in d. l. cum notissimi. §. in his etiam, & idē Bar. in l. de pupillo. §. si pluribus. vbi etiam idē tenet glof. ff. noui operis nuntiation: vbi Iaff. & Alex. dicunt cōmunem, & magis coimuniter receptam testantur cōplures autores, cum quibus ita resoluti Ant. Gomez 2. tom. de contractibus cap. 17. n. 45. Gigas de pēsionibus quāst. 83. Abb. Ioann. Andr. & alij in cap. auditis de præscript. Iaff. conf. 7. lib. 1. Balb. de præscript. 4. par. 4. part. princip. quāst. 4. Et tenendo hanc sententiam non obstat text. in dict. l. cum notissimi. §. in ijs etiam, vbi æquiparat stipulationes annuas, & legata annua: quia singula singulis referenda sunt, vt scilicet, uno modo præscribatur annua stipulatio, alio verò annum legatum, & in hoc omnes coimuniter conueniunt.

41. Sed certè ab hac cōi. & recepta sententia recessit Vallas. cōsult. 49. n. 6. vbi dicit, ius istud esse subtile, & nimis scrupulosum. creditq; contrariū in praxi obseruati, vt in distincte vtroq; casu, tā in annua stipulatio ne, q; in annuo legato vna præscriptio sufficiat ad liberandū debitorē ab annuis præstationib. in futurū. & mouetur triplici fundamento. Primo ex regula gene rali, quæ habet quod omnes actiones vna præscriptio ne. 30. annorum præscribuntur. l. omnes. l. sicut in rē. C. de præscriptione. 30. vel. 40. ann. Secundo, quia si cut annuus redditus vna præscriptione acquiritur im posterum, vti notatur in l. cum de in rem verso. ff. de

Intellectus ad. l.
cum notissimi. §.
in ijs etiam. C. de
præscript. 30. vel
40.

Alvari Valasqui
opinio refutatur.

36 *Castr. de annon. ciuilib.*

vſuris, ita etiā ē conuerso liberatio dabitur ab annuis redditibus, & præstationibus in futurum pro illa præscriptione, cū idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito.

42 Ultimo, quia si propter exordium obligationis reus condemnatur ad futuras præstationes faciendas, vt habet communis opinio per textū ibi, in.d.l.1. C.de fideicom. similiter auersus principium obligationis operabitur cursus longissimi temporis, quo cessatum est à solutione, vt imposterū reus nō teneatur. Quæ tamē argumēta in proposita specie nihil cōcludunt: nam ad primum respondetur, quod reg.d.l. omnes procedit quando actio est nata, vt obseruat gl.cō muniter recept. per tex. ibi in. d.l. empti. C.de euictio nibus: at in anno legato pendente conditione nulla datur actio. l. cädere diem. ff. de ver. sign. l. si in singulis. ff. de annuis legat. ideoq; præscribi nō potest, arg. l. decem. ff. de verb. oblig. facit text. in. d.l. cū notissimi. §. illud. C.de præscript. 30. vel. 40. annorum.

43 Ad secūdū satisfacias, si aduertas, q̄ & si annuus redditus p̄scriptione acquirat, id fieri, quia ex annua præstatione nullū aliud factū cōsequi potest, quā vt re^o teneat imposterū, vt obseruat Bar. in. d.l. cū de in rē verso. n. 9. in fi. ff. de vſuris: at in cessatione solutionis aliud cōsequitur, vt scilicet præteritē præstationes præscribātur, nō autē sequentes anni legati, cū pro eis ad huc nonsit nata actio, quæ præscribi possit, vt dixi. Diuersa est enim præscriptio aduersus soluentē, id est, facientē, quām aduersus patientē, id est, eū, cui solutio fit, nā primo casu, ex diurna præstatione præsumitur cōtra soluentem. Secundo vero non inducitur tituli præsumptio

In legato annuo
pendente condi-
tione nulla datur
actio.

Diuersa est præ-
scriptio aduersus
soluentē, quam ad
uersus patientē.

37 *Castr. de annon. ciuilib.*

sumptio aduersus patientem, cui cessatum est in solutione, colligitur ex Bart. in. d.l. cum de in rē verso, in fine. Salicet. nu. 6. Alex. vbi dicit communem. nu. 7. in. l. si certis annis. C.de paſt. Curt. Iun. num. 19. Co- Intellectus ad. l. 1
uar. reg. posſes. de reg. iuris. 2. p. §. 4. nu. 2. C. de fideicom.

44 Ad vltimum respondetur, quod & si exordium obligationis efficiat, vt reus imposterum teneatur ad futuras præstationes, id enim fit fauore vltimarum volūtatu, & alimētorū, vt obseruat prædicta cōmunis Tēpus nō est mo-
in. d.l. 1. C.de fidei commis. non tamen sequitur obli- dus tollendæ, vel inducendæ obli- gationem posse per tēpus tolli. Daretur enim incō-
ueniens, & absurdum, vt tempus esset modus tollendæ, aut inducendæ obligationis contra reg. l. obliga-
tionum ferè. §. placet. ff. de actionibus, & obligation. Stat resolutio opinionē Valaf. non esse tutā, potiusq;
in praxi priorem communem. Bar. & Accurs. quam suprà retulit, recipi debere iuxta ord. lib. 2. tit. 5. iuxta quam etiam semper suisse iudicatum. testatur Guido Pap:decif. 406. incipit, sed pone quod debes. Mesing.
centur. 3. obser. 13. Gigas de pensionibus quæst. 83.

45 Ex qua resolutione primo deducitur, q̄ cum anno a ciuilis instar vſusfructus sit, manifestē patet, q̄ non vna præscriptione amittatur arg. text. in. l. si vſus fructus alternis. ff. quibus modis vſusfructus amittat. Deinde cum cedat semper in causam alimētorum, vt in. l. cum ij. §. si in annos. ff. de transact. & supra dixi consequitur annonā ciuilem ad vitam gratuitē con- Annuum legatum
cessam semper, & in omni casu, & si cōstituatur per non præscribitur.
viam stipulationis, regulandam esse secundū ea, quæ diximus de legato annuo: vt nō præscribatur, arg. tex.
in. l. si cum præfinitione. ff. quando dies leg. ced. vers. E 3 & si

& si quidein iunctis ijs, quæ supra resoluimus in annuis legatis, explicat Gigas vbi supra num penult. facit, quod tradit notabiliter Platea in l. 1. C. de excoct. & translatione milit. anni. lib. 12. vbi cōcludit aduersus futuram præstationem annonæ non præscribi.

Creditori recipie-
ti solutionē anno-
nae in minori va-
lore, quā fuit tem-
pore contractus
non potest obijci
exceptio præscri-
ptionis.

46 Secundo ex ijs deducitur adeò verum esse in annonā ciuili tot esse necessarias præscriptiones, quot sunt anni, vt nec creditori recipiéti solutionē in minori valore, quam fuit tempore cōtractus, possit obijci exceptio præscriptionis, videlicet quod tali valore tanto tempore ei fuit solutum: quin non obstante exceptione præscriptionis in eo valore soluere cogetur, qui fuit tempore contractus vt ex tex. celeb. vbi notant Canonistæ in cap. olim causam extra de censibus. notat gl. in l. cū notissimi. §. in ijs etiam. C. de præscriptione. 30. vel. 40. ann. in si. per quā ita determinat Gail lib. 2. obser. 75. vbi dicit, ita cōmuniter haberi. Corn. cōf. 18. li. 2. Rom. cōf. 123. & tenuit antea Bar. licet cū dist. in l. si priùs. ff. de aqua pluuiia arcend.

Aucta, vel dimi-
nuta æstimatione
monetæ, nūmi an
soluti debent se-
cundum æstima-
tionem temporis
cōtractus, aut se-
cundum æstima-
tionem, quæ fuit
tempore solutio-
nis.

47 Ex quo etiam de ducitur ad decisionē quæstionis: vtrum in his annuis redditibus aucta, vel diminuta æstimatione monetæ, nūmi solvi debeant secundum æstimationem temporis contractus, aut secundum æstimationem, quæ fuit tempore solutionis, de quo post Bar. Fulg. & Alberi. in l. 3. ff. si cert. pet. Trat̄ latissimè Coua. de veterū numismatū collat. c. 7. §. vnic. Cuiac. in l. quoties. ff. de verb. oblig. Omisis autem, quæ à doctoribus tradūtur, vera, & propria resolutionis, quod quando in genere æstimatione mutata est, ita videlicet, vt decem aurei noui tantum valeant, quantum octo antiqui, dici non potest, quod si ego

ego mutuaui octo antiquos, reddi mihi debeant alii octo noui, sed decem: quoniam attendi debet magis æstimatione, quā species. Idem è conuerso dicendum est, si tantum habeant octo noui, quantum decem antiqui, ita vt si decem antiquos mutuaui, accipere debeam octo nouos: nec est differētia, an attēdatur tempus contractus, aut solutionis, quoniam si æstimatione, & quantitas reddi debet, profectò eadem æstimatione est vtroq; tempore facta solutione, & hoc casu recte habet locum reg. tex. in l. cum quid. 3. ff. si cert. petat. Si verò estimatione monetæ nō fuit mutata in numero, sed in specie, vt olim fuit in hoc Regno, circa libras, & soldos ord. lib. 4. tit. 1. & in Regno Castellæ in Coronis, & Castellanis, sicut cauetur in l. 13. tit. 21. lib. 5. nouæ Recop. constat in eadem specie eas mihi reddi debere, quanvis modo pluris æstimētur, aut in ea estimatione, qua fuissent, si eas haberem, & ita in omnibus obligationibus, censu, emphiteusi, pensionibus, & alijs annuis redditibus statuit predict. ord. soluideret in §. 7. cum sequentibus. vbi in §. 13. ad tollendā difficultatem, & lites, quæ inde oriuntur possunt, iubet, vt emptores, & venditores agat de pecunia, quæ in hoc Regno fuerit. Deniq; aut inter partes auctum est, de reddēda moneta in quātitate, vel estimatione, aut de ea reddēda in specie. Primo casu nihil refert inspicatur hoc, vel illud tempus, cū eadem estimatione sit arg. tex. in l. cū aurū, & in l. cū certū. ff. de auro, & argento leg. Secundo verò casu multū refert & inspici debet tempus solutionis arg. tex. vbi notat Bar. in l. Paus, la prima. ff. de solutionibus. facit ord. vbi. §. 8.

48 In annonis autem ciuibus sciendum est solutio-

nem

Annona solui semper debet secundum estimationē, quā fuerit tempore, quo annona ciuilis fuit constituta, vt probat expressè ord. Regia lib. 4. tit. 1. §. 11. ibi. tem̄as, & ibi. como antes se pagauan. In Regno vero Castel. ius. commune obseruabitur.

Annona finitur morte dantis, vel accipientis.

49 Tertio sciendum est annonas ciuiles morte dantis, & accipientis finiri, vt in. cap. 1. §. vlt. quis sit dux, vel Marchio in vsibus fœud. ita quidem, vt derigore Principem, qui succederet, omnes annonas à prædecessore donatas, oportaret principali edicto confirmare, vti fecerunt Tit. Vespasian. Cai. Caligula, & alij Imperatores, prout testatur Sueton. in eorum vita.

50 Hodie verò iā vsu receptum est nō esse necessariam confirmationem, sed tātum morte accipiētis extingui ad instar vsusfructus, qui morte finitur. §. vlti. instit. de vsufructu. l. corruptionem. C. eodē. l. 24. tit. 31. p. 3. Et ratio est, quia cū annona plerunq; præstetur in alimoniā, & ad alimenta, respiciens tantum personam alimentarij, vti notatur in. l. cū ij. §. si in annos ff. de transact. nihil mirū si cum persona extinguatur arg. tex. in. l. vsus aquæ. ff. de vsu, & habit. l. non solum 9. §. tale. ff. de lib. leg.

51 Et hinc est quod si annona ciuilis relinquatur rei publi. schol. aut monasterio, quod perire non potest, cētum annorū spatio extinguatur veluti vsus fructus: tenuit Hugo relatus ab Acur. in .d. l. si vsus fructus gloss. fin. vbi ait idem omnino esse in anno. legato Ecclesiæ, vel monasterio relicto, vt centum annis extinguatur ad exemplum vsus fructus, cui annum legatum solet comparari. l. in annos. 8. ff. de ann. leg. sequitur ibi Bar, vbi eam tenendā affirmat Lancel.

&

& Decius: dicit communē Alex. cons. 60. lib. 1. & idē in fortioribus terminis quando quis relinquit legatū annum perpetuum ciuitati vel Ecclesiæ: probat idē Alex. in. l. 2. col. 1. ff. solut. matrim. Sed sanè contrarium longè verius, & receptius est legatum annum ciuitati, aut monasterio relictum in æternum durare, nec centum annis extingui, vt tenuit Roger. relatus ab Acur. in. d. l. vsus fructus, & eam ibi probant Dynus, & Raynerius: & illam se vidisse communiter prædicari testatur Alber. in. d. l. an vsus fructus, in fine. se quitur Soc. in. l. 1. §. item si rei publ. nu. 8. & sequenti. ff. ad. l. Falcid. Abbas in capit. finali de testamen. Ripa referendo complures in. l. 2. num. 3. ff. soluto matrimonio, vbi Gram. num. 8. Couar. lib. 3. variar. cap. 9. num. 10. vsq; ad finem capit.

52 Pro qua sententia sunt optima iura. l. annuam. 6. & l. annua. 20. §. fin. & l. ante penult. ff. de annuis legat. Præterea hæc eadem sententia probatur ex. l. in annalibus. C. delegat. coniuncta. l. antiquitas. C. de vsufructu, vbi manifesta differentia constituitur inter legatum annuum, & vsufructum: Ex quo constat non esse perpetuam similitudinem inter annonam in fructibus alicuius prædij constitutam, id est, inter annuos redditus, & inter vsufructum in certo fundo relictū, immò sunt plures differentiae, quas Iuris Consultus eleganter proponit in. l. fundi Trebetiani. ff. de vsufructu legat.

53 Cui tamen ex diametro obiicitur communiter textus satis difficilis in. l. si quis ita legavit. 24. ff. de vsufructu, vbi Iuris Consultus probat nihil differri inter legatū annum, & inter vsufructum relictum.

Non est perpetua similitudo inter annonā in fructibus, & inter vsufructū in tali fundo relictū.

Intellectus ad. l. si quis ita legavit. ff. de vsufructu.

F

Vera

Legatum annui
in fructibus, quan-
do sit vsusfructus
relicetus, vel quādo
sit annona.

Legatum annui
fructuū perverba
directa constituit
vsumfructum.

Verba obliqua in
legato fructuum,
potius annonam,
quam vsumfructū
designant.

Ex qualitate di-
spositionis colligi-
tur mens disponē-
tis.

Quando legatum
certum est causa
adiecta in fau-
rem legatarij, lega-
tum non restrin-
git, aut mutat.

Vera, & communis concordia est, vt quando verba
sunt directa ad legatarium, vt quia velit testator illū
propria auctoritate fructus percipere, tunc censeatur
vsumfructus legatus, ex text. in d.l. si quis ita legauit.

Si vero sint verba obliqua, ita vt legatarius à manu
alterius recipiat (vt quia dixit testator, volo ei dare)

tunc non vsumfructus, sed annus redditus, aut anno-

næ præstatio censeatur relicta. Ita glos. v trobiq; in d.

I. si quis ita legauit, & in l. fundi Trebatiani. ff. de vsum
fructu legato. verb. differentiam: quæ est communi-

ter recepta secundum Alexand. cons. 214. nu. 1. lib.

6. Afflct. decisione. 252. num. 1. & 3. tradit Pinelus
de bonis maternis lib. 1. 2. part. num. 11. explicat Cor-

rasius lib. 5. miscellan. cap. 8. num. 6. Cona. lib. 4. cō-

mentar. cap. 3. num. 4. in fine, & num. 5.

54 Et ratio est, quia ex qualitate dispositionis colli-
gitur mens disponentis, vt in l. non codicillum, vbi
Corneus in 3. notabili. C. de testament. Quo fit vt
si dicat testator, lego fructus redditus fundi mei Titio
in eius alimoniam, vulgo, p̄tem̄. adhuc vsumfructus
censebitur relicitus: cum verba directa sint, neq; illud

verbum (in almoniā) legati naturam mutat: Cum de
iure sit, quod quando legatum certum est causa ad-
iecta in fauorem legatarij, legatum non mutat, aut re-
stringit, vt in l. si mulier, vbi notat Cynus, Bald. Salici-
etus, & Albericus. C. de iure dotium. Bart. & scribē-
tes in l. cum tale. §. fin. ff. de condition. & demōstra-
tion. (quoniam in hac specie, quod ex alimentis super
esset ad hæredem pertinere magis crediderit Angel.
cons. 338. nnnm. 7. quem refert, & sequitur Mantica de
conjecturis. lib. 9. tit. 5. in fine nu. 2.) Sicut ē cōuerso,
si dicat

si dicat testator, volo ei dare centum annonæ in vsum
fructu mei prædij, profecto non erit vsumfructus reli-
ctus, sed tātū annua præstatio. Cū verbū illud, in vsum
fructu, magis ad designandam, aut obligandam rem
ponatur, ex qua redditus præstari debeat, vt in l. Lu-
cius, & in l. penult. §. 1. in fin. ff. de aliment. & cibar.
legat. Facit, quod tradit Paulus de Monte Pico in l. Titia. §. Titia cum nuberet, num. 83: ff. legat. 2. vbi in
fortioribus terminis concludit non esse vsum fru-
ctum legatum ex verisimili testantis mente: sequitur
Mantica vbi suprà num. 6. & sic illud verbum, in vsum
fructu, exponi debet, id est ex fructib⁹, vt actus valeat,
secundum Aymonem Grauet. consil. 222. col. 2. quē
refert Symon de Preis. lib. 2. de interpretatione vi-
timarum voluntatum fol. 223. num. 24. solutione. 1.

56 Neq; ijs obstat text. in l. defuncta. §. Sempronii.
ff. de vsumfructu. Quia licet ibi, verba directa fuerunt;
tamen certa species in fructibus fuit designata, quo ca-
fu non esse ius vtendi, & fruendi relictum agnouit
Conan. lib. 4. coment. cap. 3. num. 4. & ante eū Bart.
in d.l. fundi Trebatiani, in principio.

57 H V I V S resolutionis effectus est, quia si vsum-
fructus relinquatur, cōpetet actio confessoria, quæ
datur aduersus quēcunq; possessorem. §. æquē si agat
Instituta de actionibus. l. vii. frui vers. virū. ff. si vsum
fructus petatur.

58 Et tamen si annuus redditus in fructibus legetur,
tantum competet actio personalis, quæ non datur
aduersus particularem successorem. l. fin. §. fin. ff. de
contrahenda emptione. Tenet gloss. in d.l. fundi,
verb. posse. ff. de vsumfructu legat. explicat Pau-

Verbum (inv) vsumfructu
(et) exponitur, id
est, ex fructibus
vt actus valeat.

Intellectus ad l.
de functa. §. Sem-
pronium. ff. de vsum
fructu.

Pro vsumfructu cō-
petit confessoria.

Pro annuo reddi-
tu datur actio per-
sonalis.

44 Castr. de annon. ciilib.

Ius de Castro in.l. vt pomum. ff. de seruit. Scepola de seruitut. vrb. cap. 2. Pinel. vbi suprà, quanuis in hac specie, si annuus redditus sit in annonam, & alimoniam relictus ex certo fundo, magis crediderim actionem realem, & hypotecariam competere posse fauore alimentorum, vt in.l. 2. iuncta glossa verb. de voluta. ff. de aliment. & cibarij legat. & suprà adnota uimus. Et sensit eleganter Carol. Ruinus, conf. 144. lib. 1. incipit, de pluribus per ordinem.

Annonarins eapit
annonam à manu
alterius,

59 SECUNDVS effectus est, quia vſusfructuarius capiet sua propria auctoritate, non verò ille, cui annuus redditus relinquitur, vti notat glos. per tex. ibi in.d.l.fundi. verb. differentiam. ff. de vſufructu legat. Afflīct. & Alexand. vbi suprà. facit text. in.l. Caius. ibi fidei commissi petitione. ff. de annu. legat.

60 TERTIVS effectus est, quia ille, qui habet annuos redditus in fundo, vel in aliqua domo, non teneatur hæres ei dare habitationem vt in. d. l. fundi. secundo responso. Cum tamen si vſus fructuarius sit, ei habitatio prohiberi non possit: cum omne ius vſus fructus ad eum pertineat. l. 7. l. item l. sed si quid ff. de vſufructu. l. si habitatio. § vltimo. ff. de vſu & habitatione.

61 QVARTVS effectus est, quia qui habet annuos redditus non tenetur reficere prædium, ex quo ei fructus reddi debent, sed potest hæredem compellere, vt reficiat, vti notatur in. d. l. fundi. Et obseruat Bald. in.l. vnic. §. libertatibus. C. de çad. tollend. At vſusfructuarius tenetur reficere vt in.l. hactenus. ff. de vſufructu. cum alijs.

62 QVINTVS est, quia vſusfructuarius tenetur ad

Castr. de annon. ciilib.

45

ad censum solutionem, ad onera, & tributa vt in. d. l. hactenus, ibi, quia alia onera agnoscit. ff. de vſu fructu. l. neque in fine. ff. de impens. in reb. dotal. fact. explicat Molineus in consuetudin. Parisien. tit. 1. §. 22. num. 156. Pinel. de bonis mater. l. 1. 2. part. num. 72. Vallascus de iure emphyt. quæst. 17. Contrarium tamen est in eo, cui annona ex fructibus alicuius prædij præstari debet, vti obserbat Afflīctis decisione 252. & in fortioribus terminis concludit Molina lib. 1. primogen. c. 127. num. 9. Nā si ex aliquo prædio bonorum maioratus constituantur alimenta à possessore maioratus cuilibet ex suis fratribus, vel sororibus, vti eos ex fructibus in maioratus alere, teneat, vt patet. Profecto alimentarius non tenebitur ad onera, & tributa ei imposita, sed tanū possessor maioratus. Quod est vtile in multis locis Bethycē prouintiæ pro explanatione. l. 17. titul. 14. lib. 6. Recop. Tunc autē in hoc casu æstimabitur dominium ipsius prædij pro tempore vitæ ipsius possessoris, secundum ea, quæ notantur in.l. hæreditatum. ff. ad.l. falcidiam cum glos. in l. eius. verb. bonorum. ff. de vſu fructu, & in.l. cum ij §. modus. verb. cū iuuene. ff. de transaction. Molina lib. 1. primogen. cap. 19. Couar. lib. 3. variarum capit. 9. ex num. 7.

63 SEXTVS effectus est, quod si res pereat, ex qua vſusfructus constituitur, perit etiā ipsum ius vtendi, & fruendi, vt in.l. si cui insula. ff. de vſu fructu. l. repeti. §. 2. ff. quibus modis vſusfructus amittatur. Secundus verò est in annona, vti colligitur ex his, quæ tradit Gigas de pensionibus, quæst. 62.

64 SEPTIMVS effectus est, quod licet vſusfructus

46 *Castr. de annon. ciuilibus.*

Etus publicetur, vti nota^t in l. Statius. ff. florus. §. Cornelio felici. ff. de iure fisci, & consequenter annona, & alimenta, quæ in usufructu constituantur, vti notabiliter tenet Francisc. Marcus, decisione .833. in. r. part. Borgninus, qui eum sequitur tract. de usu fructu: num. 238. Tamen annona ipsa, & alimenta non confiscabuntur, etiam viuente alimentario, quia datus capax est alimētorū. l. is, cui. ff. de alimēt. legat. l. in metallum. ff. de ijs, quæ pro non scriptis habetur Tradit Salicet. in l. si ademptis. C. de sentētiā passis. Egidius Bossius tit. de public. bonorum nu. 72. Ant. Peregrinus de iuribus fisci lib. 5. tit. 1. num. 123.

S V M M A R I A, E X
primo notabili legis primæ. C.
de annon. ciuilibus libro
vndecimo.

- 1 Scholæ militiæ erant vndecim in populo Rom. in quibus scholis officiales, & domestici Principis militare dicebantur
- 2 Annona concessa scholis, non vniuersitati, sed singulis pro vniuersitatisq; meritis concessa intelligitur, ut eius emolumenta ad cognatos ipsius, vel ex l. Praetoria, vel de iure ciuili ad extrancos pertineant ex militis voluntate.
- 3 Legatum relictum ciuibus, non singulis sed ciuitati censetur relictum.
- 4 Legatum ciuitati, si est inutile, potius singulis ciuibus, quam toti ciuitati censetur relictum.

5 Dona-

Summarium.

47

- 5 Donatio est inutilis facta ciuitati ex text. peregrino.
- 6 Existens apud Indos, dicens se donare ciuitati Salmantis censi, ciuibus censebitur donare.
- 7 Per ciues representatur ciuitas, per milites vero, seu per Doctores non representatur schola, sicut nec per canonicos ipsa Ecclesia.
Intellectus cap. requisisti de testamentis.
- 8 Nomen, ciues, secundus veteres refertur ad ciuitatem, & ibi limitatio ponitur ad l. 2. ff. de rebus dubiis.
- 9 Legatum semper censetur relictum ex affectione, cum sit donatio, & mera liberalitas.
- 10 Expenditur doctrina Bart. in l. pater filium. §. Tusculanus. ff. legat. 3.
- 11 Legatum singulis ciuibus relictum, tanquam incertis personis relictum non valebat seculo Iuris Consultorum.
- 12 Intellectus l. annua. §. 1. ff. de annuis legatis.
- 13 Legatum factum ciuitati, vel vniuersitati, distribuitur secundum statutum vniuersitatis, si vero singulis censetur relictum equaliter distribuitur.
- 14 Verba text. ibi non tam titulis dignitatum explicantur, ut accipiantur electiue, seu comparatiue.

LEX

**LEX. I. C. D E A N
NONIS CIVILIB. LI
bro vndecimo Imperator.
Theodos. A.**



NNONAS Publicas, nō tā titulis dignitatum, quām singu-
lorum virorum meritis attribu-
tas diuī Constantini liberalitate
satis claruit, ideoq; nihil ex ijs
scholarum nomine vendicetur,
sed pro vniuscuiusq; merito, quē sunt concessa ser-
uentur, vt quicunq; perceptarum annonarum emolumenta, vel in hæredes proprios iure sanguinis tā-
fuderunt, vel in extraneos distractionis titulo trā-
criperunt, maneat quod gestum est, vel hæredita-
tis merito, vel alienationis arbitrio.

1. Omissa huius.l.generali diuissione, quam nos in
12. scholijs, legendam esse existimauimus. Præmitto
olim in populo Romano vndecim fuisse classes, aut
ordines militiæ, quos Imperator in præsentि appellat scholas, & in l.fin.C.de locato, & conducto, in qui
bus officiales domus Augustæ militare dicebātur, vt
in tit.C.de priuilegijs eorum, qui in sacro Palatio mi-
lit.vbi exponit Platea, & Alciat. & obseruat Cuiac.
in præsentि Brison. de verb.iur. verb. scholæ, & su-
præ exposuimus in rubrica.

2. Quo

2. Quo supposito probat textus annonā cōcessam
scholis, non vniuersitati, aut collegio, sed singulis
pro vniuscuiusq; meritis concessam esse, itavt ad cog-
natos ipsius ex lege præatoria, vel de iure ciuili, aut
ad extraneos ex militis voluntate eius emolumenta
pertinere possint, probatur etiam in l. 10. tit. 17. lib.
14. C. Theodosiani.

3. Quæ tamen conclusio in .1. part. difficultatem
habet ex eo, quia legatum relictum ciuibus, nō sin-
gulis, sed ciuitati, censemur relictū. l. 2. ff. de rebus du-
bijs. l. cum senatus, vbi omnes probant. ff. eodem tit.
l. Lucius. 90. §. ciuibus. iunct. glos. l. ibi. ff. leg. 2.

4. Pro cuius difficultatis resolutione, respōdēdū est
ex Bart. doctrina in d.l. cum senatus. num. 3. vbi do-
cet, quād quando legatum esset inutile ciuitati factū,
non procederet interpretatio tex. in d.l. 2. Sed quād
esset utile factum ciuitati, aliās enim singulis ciuibus
relictum censemur.

5. Ex quo colligitur, quod si quis apud Indos exi-
stens, dicat se velle donare ciuitati Conimbricensi
centum millia aureorum, & nomine eorum, ad quos
res pertinet, tabellio stipuletur, aut sine stipulatione
acceptet, licet per prædicta iura donatio facta censem-
tur ciuitati, vt in d.l. 2. ff. de rebus dubiis. l. si quis
argentum. §. penult. & l. fin. C. de donat.

6. Tamen cum inutilis sit donatio facta ciuitati, vt
probat textus peregrinus in d.hoc iure iuncta glos. vi-
tim. ff. de donat. intelligitur potius facta ciuibus, quā
ciuitati, vt subsistat argumento text. in d. quociesq;
2. ff. de rebus dubijs.

7. Sed hæc respōsio nec satis facit, nec habet rationē.

G

Vnde

Vnde aliter respōdēdū est, scilicet, quod idē in d.l. 2. sit interpretatio, de qua ibi, quia per ciues representatur ciuitas, at cum per milites, seu doctores non representetur schola, sicut nec per canonicos ipsa Ecclesia, vt est sententia glos. in cap. requisistiverb. nec est, de testamentis, quam dicunt magis communiter receptam, Socin. in d.l. ciuibus num. 12. ff. de rebus du bijs. & ibi Lūdou. Lufitanus col. fin. Couar. post alias in dict. c. requisisti nu. 10. Manticā de cōiecturis lib. 8. tit. 6. nu. 22. Ideoq; canoniciis, vel Doctorib⁹ relictū, nō Ecclesiæ, seu scholis, sed singulis cēsebit relictum.

8 Pro qua interpretatione facit, quia nomē ciues secundū veteres refertur ad ciuitatem, vt tradit Alexander in l. in omnibus in fine. ff. ad Trebellian. unde iuritatur prædict. l. 2. ff. de rebus dub. vt non procedat quando legatur omnibus ciuitatis, non per verbum ciuibus. Tenet Sadoletus in dict. l. ciuibus col. fin. Nisi legatum esset ita modicum, vt derisoria censemetur diuīsio, tūc enim recurrēdū est ad interpretationē d.l. 2. iuxta ea, quæ tradit Socin. vbi suprā num. 9. Antonius in d. cap. requisisti.

9 Sed hæc communis adhuc in proposito placere non potest, & reiecta ea, & alijs omissis sit vera resolutio, quod cum legatum semper censematur relictū ex affectione testantiis, cum sit donatio, & mera liberalitas, & ista affectio circa vniuersos non præsumatur, sit interpretatio, vt potius ciuitati, quam singulis censematur relictum. Ceterū si legatum, donatio e sit facta pro remuneratione meritorum, qualis est annona ciuilis, vt suprā explicaui in rubr. huius titul. tūc singulis, non scholis, seu vniuersitati censemitur facta habito

habito respectu personarum ex textu nostro.

10 Pro qua interpretatione primò inducitur doctrina Bar. in l. pater filium. §. Tusculanus. ff. deleg. 3. vbi dicit legatum relictum collegio templi, indubio censemti relictum contemplatione personarum.

11 Deinde p̄ predicta sententia facit, quia si sc̄eculo Iure consultorum legatum relictum ciuibus, non singulis, sed ciuitati censematur relictum, id ex eo erat, quia singulis relictum videbatur incertis personis relictū, quo casu non valebat argumento. l. id quod pauperibus. C. de Episcop. & cler. §. incertis Instit. de legatis tradit Bald. iu rubr. in princ. C. ad Vellean.

12 Ex qua resolutione deducitur intellectus ad tex- tum in l. annuam. §. 1. ff. de annuis legat. per quem tex- tū nonnulli dixerunt legatum canoniciis relictum, ecclesiæ censemti relictum, in quo valde decipiuntur, quia ibi non fuit legatum simpliciter libertis relictū, qui essent in templo, sed eis, qui futuri essent in templo die nundinali, ex quo patet testatorem ad eos affi-ctionē nō habere, quę in legatis cōsideratur arg. tex. in l. qui filiabus, cū notat. per glos. ibi, & Bart. ff. de le- gat. 1. & idcirco non eis, sed Ecclesiæ censemtorum relictū vt aduertit Socin. in d.l. ciuibus, quem refert & sequitur Manticā de cōiecturis lib. 8. tit. 6. num. 24.

13 E F F E C T V S prædictæ doctrinæ, & resolutio- nis utilis est, quia si singulis censematur relictum: æqua- liter inter omnes diuīsio fiet annonæ. Si autem vni- uersitati censematur relictum, tunc fiet distributio secundū statuta vniuersitatis, vt plus vni, quam alij tribuantur, habito respectu qualitat̄, & ordinis cuiusq; vt resoluit Imola in cap. requisisti nu. 3. & Co-

Legatum factum
vniuersitati distri-
buunt secundū
statuta vniuersi-
tatis.

uar. ibi num. 10. in fin. de testamēt. Mantic. vbi suprā.
 14 Vnde ex prædictis explicanda sunt verba nostri
 textus ibi, non tam titulis dignitatum, quām singulorum vi-
 vorum meritis, vt velit Imperator non tantum respe-
 ctu dignitatis, vt quia sit Doctor, quantū respectu
 meritorum, vt quia bene legit, annonas esse diuiden-
 das. Neq; enim excludit perpetuō dignitatem, cum
 propter eam sāpē numero annona præstari soleat, vt
 in l. vnica. C. de annonis, & capitatione, sed sunt acci-
 pienda eleciuē, vt sufficiant merita absq; dignitate;
 Vel etiam comparatiuē, vt magis secundū merita,
 quām secundum dignitatem præstari debeat, & ita in
 effectu videtur sentire Platea, & melius Odofredus
 in præsenti.

S V M M A R I A E X S E- cundo notabili.

- 1 Scholaris benemeritus præfertur doctori insufficienti.
- 2 Regulariter antiquior præfertur, & qui habet dignitatē ei, qui nullo honore functus est.
- 3 Scholarem quantumuis maioris scientia excellentem non esse Doctori præponendam, verius existimauit Boe-
rius, & Felinus contra glossam hic.
- 4 Scientia perse, seu peritia nulla priuilegia confert ex ijs, quæ doctores ratione suæ dignitatis consequuntur.
- 5 Ostenditur, quemadmodum sit accipienda mens Accurs. hic præter interpres in hoc loco, vt scilicet velit schola-
rem optimum farilius ad meritorum premia compandandas quām Doctores insufficientes.
- 6 Glossa semper debet intelligi secundum legem, quam de-
clarat

clarat, vel sub qua posita est.
 7 Sententia Salomonis refertur in proposito.

N O T A B I L E . I I .



X glossa prima huius text. ibi, *Argu-*
mentum contra insufficientes Doctores, col-
ligunt interpretes scholarem, in quo: Scholaris beneme-
ritus præfertur do-
ctori insufficienti.

maior scientia fuerit, esse Doctori præ-
 ferendum, ita Platea hic, Alexand. in l.
 cum quid. ff. si cert. petat. Tiraquell. qui alios refert
 in tract. de primogenit. in præfatione nu. 2 10 in fine.

2 Vnde licet regulariter antiquior præferatur; &
 qui habet dignitatem, ei, qui nullo honore functus
 est. l. fin. ff. de fide instrument. l. 1. ff. de albo scribend.
 l. 3. C. de tyronibus lib. 12. limitatur tamen non pro-
 cedere, quando iuuenis maiori doctrina, & scientia
 antiquiores excederet, vt ex sententia huius glossæ
 concludit Soc. in d.l. cum quid num. 11. ff. si cert. pet.
 Roman. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrim.

3 Contrarium tamen, imò scholarem, quantumuis
 maioris scientia excellentem non esse doctori præ-
 ponendum verius existimauit Boerius in tractat. de
 auctoritate num. 99. Felin. in rubr. col. 2. versic. Opti-
 mi scholaris intellectus, extra de maioritate, & obedi-
 tia, vbi dicit hanc glossam non esse veram.

4 Et ratio est quia scientia perse, seu peritia nulla
 priuilegia confert ex ijs, quæ Doctoribus ratione suæ
 dignitatis competunt. vt tenet Cardinal in Clemene.
 2. quest. 2. de magistris.

5 Ego autem aduerto doctores nostros non recte accepisse mentem Accurs. Neq; enim intelligenda est glossa, vt velit scholarem præponi debere doctori in eius dignitate, & priuilegijs. Sed est accipienda eo modo, quo loquitur, scilicet ut scholares optimi facilitate aduocentur, nempè ad meritorum præmia comparanda, & ad salario annouaria pro legendō recipienda, quām doctores insufficientes, & ita videntur intellectuisse glossam Alexand. Boerius, & Tiraquel. in locis supra citatis.

Glos. semper debet intelligi secundūm legē, quam allegat.

6 Et quod ista sit mens Accurs. patet, quia glossa semper debet intelligi secundūm legem, in qua posidūm legē, quam ta est, aut quām allegat, prout docet Bar. in l. non solum. §. si liberationis num. 3. ff. de liberatione legata. Scepolo in authent. sed nouo iure num. 50. C. de servis fugitiuis. Tiraquel. de nobilit. cap. 26. nu. 10. Unde cum tex. hic dicat annonas magis pro meritis, quā pro dignitate præstari, benè innuit argumentum, q; ad meritorum præmia recipienda scholaris optimus doctori non ita sufficienti præferatur. Quod ita vos Domini obseruare debetis in dando vestra suffragia, ne alias dicatur cum Salomone Ecclesiastes cap. 9. ibi *Non est sapientium panis, nec prudentium diuitiae, nec scientium gratiae, &c.* Quod eleganter prosequitur ibi diuus Hieronymus.

S V M M A R I A E X Tertio notabili.

2 Duplex lectura huius text: propanitur in glossa, secunda eius eligitur ut communior.

2 *Annona*

- 2 *Annona concessa scholis non potest per universitatem renewari. aut immutari.*
Intellectus legis legatum ff. de usu fructu et. legat.
- 3 *Text. in concilio Tridentino ses. 22. explicatur, & ses. 25. cap. 4.*
- 4 *Opinio Bart. in l. 1. C. de sacro sanct. eccles. num. 35. defenditur contra Bald.*
- 5 *Relictum pro dote mulieris pauperis, si moriatur ante matrimonium debet expendi in dotē alterius aequè pauperis.*
Legatum pro dote mulieris pauperis est pium.
- 6 *Schola non potest reneware annonam concessam scholis per statutum postea factum.*
Expenditur doctrina Bart. in l. priuilegia . C. de sacro sanct. eccles.
- 7 *Statutum factum principaliter in favorem doctorum, proculdubio transit in eorum priuilegium.*
- 8 *Priuilegium non subditio concessum renewari non potest.*
- 9 *Praefectus annonae frumentarias species, quas à Rege publico usui destinatas habet, non potest sibi applicare, mutare, aut in alias necessitates conuertere.*

N O T A

NOTABILE III.

Verba text.

Annonæ conces-
sio, quando possit
reuocari.

*Deoq; nihil ex his scholarum no-
mine vendicetur.*

1. Hic textus habet duas lectu-
ras secundūm glof. Bart. Plateā,
& Lucam de Pena in præsentī;
quarum posterior feligenda est,
vt magis communior, & verior, scilicet, vt probet an-
nonam concessam scholis non posse per vniuersitatē
reuocari, nec etiam immutari in aliū vsum, vt in l.
2. ff. de administrat. rerum ad ciuitatem pertinen. l.
2. C. de frument. vrbis Constant. hoc libro.

2. Nec obstat textus in. l. legatum. ff. de usufruct. legat. & in. l. legatam. ff. de administrat. rerum ad ci-
uitatem pertin. Quia procedunt quando illud pri-
mum non potest facile in eo experiri: tunc auctoritate
superioris potest in aliud immutari, & conuerti,
vt in pijs dispositionibus cautum est in sacro cōcilio
Tridentino. sess. 22. in decreto de reformatione, cap.
6. Explicat Bart. in. l. pater filium. §. Tusculanus. ff.
de legat. 3. & l. fin. ff. de his, quæ pro non scriptis ha-
bentur. Abbas in cap. 3. nu. 14. de testamentis. Bald.
Nouell. de dote. 6. par. priuil. 77. versic. & etiam iura
volunt. Tiraquell. de privilegijs piæ causæ, priuil. 38.
&. 100. Nam si redditus Missarum non sufficiant po-
test nuinerus Missarum diminui, vt prudentissime
cautum est per concil. Trident. ses. 25. in decreto de
refor-

reformatione capite. 4. ne scilicet res pereat.

4. Ex quibus defendi potest opinio Bart. in repeti-
tione. l. 1. C. de sacrosanct. Ecclesi. num. 35. dicentis
Eleemosyna relli-
cta diuini debet
quod si quis relinquat eleemosynam homini diuini, prestari pauperi.
præstari debet pauperi, quam opinionem licet im-
probet Bald. ex prædictis, tamē rectè defendi potest.
Et ex eo, quia non potest dici, quod in prædicto ca-
su legatarius habeat defuncti voluntatem, si putabat
eum esse pauperem. iuxta text. & ibi notata in. l. si pa-
ter. C. de hæred. instituen. Constat enim, quod alia
testator non fuisset relicturus, quo casu cessat dispo-
sitio. l. cum tale. §. falsam causam. ff. de condition. &
demonstr. Ergo præstari debet pauperi, & non diuini.
ex dict. l. legatum, & ex Bart. doctrina.

5. Et hinc etiam similiter dici debet, quod si quis re-
linquet aliquid pro dote mulieris pauperis, & ista au-
te matrimonium moriatur, debet remanere penes he-
reditatem cum onere expendendi in dotem alterius mu-
lieris æquè pauperis, vii ex prædictis determinat Bal-
dus Nouell. vbi suprà. Couar. simpliciter loquens. c.
Relictum pro do-
dote mulieris pau-
peris, si moriatur
ante matrimonium
debatur expendi
in dotem alterius
mulieris æquè
pauperis.

3. num. 11. de testament. Quæ semperia est verissima:
quia legatum pro dote, vel nomine dotis mulieris
pauperis est pium, secundūm Bald. in. l. illud. C. de sa-
crosanct. Eccles. Bart. & Alexand. in. l. cum ijs. §. si in
ea opinione sit mulier. ff. de cōdit. indeb. Ergo & hoc
casu seruati debet dispositio d. l. legatū.

7. SECUND O. amplio, & intellige textum no-
strum procedere etiam casu, quo ipsa schola, vel ipsa
communitas per statutum aliquid cōcesserit, aut pro
annonæ præstari consueuerit Doctoribus eiusdem scho-
lae. Tunc enim per statutum in contrarium postea fa-

Schola nō potest
reuocare annonæ
concessam docto-
ribus per statutū
postea factum.

58 *Castr. de annon. ciuilib.*

Etum non poterit id reuocari, ut colligitur ex mente Bart. in praesenti, dum loquitur in vniuersitate Perusina, pro quo facit etiam quod ipsem Bart. docet in alio proposito in l. priuilegia C. de sacrosanct. Eccles. vbi inquit, quod si ciuitas consuevit præstare certam quantitatem frumenti pro eleemosyna singulis annis religiosis, non poterit postea illam reuocare, per statutum in contrarium factum, sequitur Felin. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, num. 91. extra de constitutionibus. Contrarium tamen tenet Pinel. & Fulgosius, & vt receptum asserit Alexand. ibi in d.l. priuilegia, quorum opinionem, licet ad concordiam reducere conetur Iass. in l. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1.

7 Tu tamē dic in his terminis, de quibus loquimur in nostro textu opinionem Bartol. benè procedere. Nam cum primum statutum sit factum in principalē fauorem Doctorum scholæ, proculdubio transit in priuilegium. argument. text. in cap. priuilegia. 3. d. Et est certum, priuilegium non subdito concessum amplius reuocari non posse. ex Innoc. in cap. nouit nu. 6. de iudicijs, vbi dicit receptum Decius num. 13. Menoch. qui eos non refert conf. 113. num. 3. volum. 2. Qua ratione defendant primā Bart. opinionē Paul. de Castro in l. si quis Curialis. C. de Episc. & clericis, & argutius Aretin. in l. non amplius. §. 1. ad finem. ff. de legat. 1. Et insignis Petrus Barbosa in dict. l. priuilegia schol. 2. C. de sacrosanct. Eccles.

8 T E R T I O hinc: etiā deduci potest ad praxim, vt etiam praefectus annonæ, vel primipilaris, nō possit sub maximis pœnis species frumentarias publico usui, & militiæ destinatus sibi applicare, alijs vendere,

59 *Castr. de annon. ciuilib.*

mutuare, aut in alias necessitates conuertere, vt in l. fi. C. de conditis in publicis horreis. lib. 10. 1. vlt. C. de ijs, qui ex publ. ratiocinijs. eod. lib. 1. 2. C. de ijs, quæ ex publica collatione illata sunt non usurpand. li. 12. l. 3. C. de frumēt. vrb. Romæ hoc lib. l. 2. C. de frumēt. vrb. Constantinopol. iuncta gl. verb. mancipib⁹, ibi, ad publicas utilitates, vbi sentit gl. eum, qui frumentum usurpauerit ad priuatos usus, alia pœna maiori; quæ eum, qui ad publicam utilitatem illud frumentū conuerterit, esse puniendum, facit tex. optimus & expensus in l. fi. C. de collat. fundorum patrimo. & emphyteut. libr. 11. ibi, ad necessitates alias transferendum. Nec enim excusabitur praefectus annonæ, si dicat pa- lām, & bona fide frumentum militibus destinatum, alijs necessitatibus mutuasse, vt dē dolo argui non possit. l. fi. ff. de ritu nupt. quia cum non habeat aucto ritatem & licentiam Regis, dicitur facere occulē, etiā si in publico fiat, vt est tex. in l. sciant. vbi Bart. & Pla- tea. C. de ijs qui ex publicis ratiocinijs, lib. 10. Iass. in §. item si quis in fraudem. nu. 4. instit. de actionibus. Corsetus singul. 197. In quibus etiam aduertendum est, adeo annonæ à iure faueri, vt quilibet etiā minus idoneus ad eius delictum accusandum admitteretur, vti ex Dionysio, Liuio, & alijs probatissimus auctoribus docet Fenestela de Magistratibus popul. Rom. c. 15. in fin. vbi tractat de praefecto annonæ, de cuius officio inscribitur in rub. de peculio castrensi, & de praefecto annonæ, lib. 1. 2. & in titulo de apparitoribus perfecti annonæ eodem lib. vñlg. o possumus nūc etiā dominare. propeedor de las armadas, & fronteras.

S V M M A R I A E X

Quarto notabili.

- 1 Reditus annonæ, etiam profuturo tempore illius anni, quo moritur annonarius, ad eius hæredes transirent.
- 2 Transmissio fit pro rata temporis, quo quis rem meruit, & tantum pro eo tempore, quo quis rem gessit, mercenarii lucrari potest.
- 3 Salarium, de quo in hoc textu, non est laboris, sed honoris, ideoq; totum transmittitur, ubi ponitur ratio.
- 4 Salarium honoris est inestimabile, ideoq; tanquam res individualia statim integrum debetur.
- 5 In re inestimabili cessat illa ob re dati obligatio, ex qua solet nasci conditio, & ideo sacerdoti sacrificij offerendi causa datum, repeti non potest.
- 6 In obligationibus respectuivis, una res ponitur loco alterius pro pretio, & in re inestimabili talis conuencio cessat.
- 7 Magistratus si moriatur medio tempore, totum salarium integrum transmittit ad hæredes. contra Fulgos. & Gregor. Lopez.
- 8 Salarium honoris tunc integrum transmittitur, quando est unicum, & ex unica præstacione soluendum.
- 9 Comitibus magistratus, eo mortuo totum salarium debetur statim, non spefacta temporis dilatione.
- 10 Dilatio frustra spectatur cuius nullus effectus, & quo modicem intelligatur numerus.
- 11 Obligatio, qualis fuit apud defunctum, talis esse debet apud hæredem.

Expen-

Castr. de annon. ciuilib.

6

- 1 Expenditur text. in l. 4. § seruire ff. de statu liber. & lex diei funerali. versic. si modo ff. de officio aſſessorū.
- 2 Intellectus l. si in lege. 27. §. si domus ff. locati.
- 3 Doctori conducto ad legendum, & aduocato, an salarium integrum debeatur si medio tempore moriantur.
- 4 Modus potestatiuſ, si non stat per implere debentem, habetur pro impleto.
- 5 Famulus si infirmus fit, aut moriatur medio tempore, an salarium integrum ei debeatur.
- 6 Intellectus ad l. qui operas ff. locati.
- 7 Intellectus legis finalis. C. de domesticis, & protectoribus hoc volum. qui primo anno erat secundicerius, in sequenti anno erat primicerius, idq; ex caſu militie.

NOTABILE QVARTUM ex versi. vt quicunq;



Ollige ex hoc text. annonæ reditū, & salaria debita vulgo. Annonæ redditus etiam pro futuro tempore illius anni, quod mortuus annus, ad eius hæredes transmitti, quod intelligit Pla- tea hic, non solum in salarijs pre teriti temporis iam perceptis, prout obseruat glos. in præsen- ti ad similitudinem vſusfructuarij, qui fructus iā per ceptos ad hæredes transmittit. l. defuncta ff. de vſu fructu: sed etiam in salario futuri temporis, vt antē decedens miles pro toto illo anno ad hæredem trā mittat. Pro quo est melior text. quem nemo allegat in l. fin. C. de domesticis, & protec. lib. 12.

H 3

Quod

62 *Castr. de annon. ciuilib.*

2 Quod tamen difficile est, propterea quod nō sit transmissio, nisi pro rata temporis, vt in l. his scholaribus, & in l. pen. §. fin. in fine. C. de erogatione milit. annon. lib. 12. Est enim rationi conveniens, vt tantum pro eo tempore, quo quis rem gessit mercedem, lucrari possit. iuxta text. & ibi notata in l. si vno anno, §. item cum quidam. ff. locat.

3 Sed respōderi potest, quod hoc salarium, de quo in tex. nostro, non est laboris, sed honoris, ideoq; totum trāsmittitur, vt explicat Bart. in l. 1. §. diuus. ff. de varijs, & extraord. cong. Et probatur in l. si quis in sacris. C. de proxim. facrorum. Serin. lib. 12. l. 3. C. de agentibus in rebus. l. 1. C. de primipilo eodem libro. l. post duos. C. de aduocat. diuers. iudiciorum. l. diem functo. ff. de officio assessori. l. diem functo. ff. locati. l. legatis. ff. de legationibus. l. 9. tit. 8. part. 5. Aui les in cap. prætorum. verb. salarium num. 17. In quo & illud adnotari oportet, quod licet nō plus transferatur in hæredem, quām sit penēs defunctum. l. hæredem. ff. de reg. iur. Tamen in prædictis iuribus totum salarium transfertur in hæredem, & si in principio anni mors contingat.

4 Et ratio est, quia cum non habeatur ratio laboris, sed honoris: neq; concedatur in mercedem laboris, sed in locum beneficij, vt explicat Bart. vbi supra. Potest dici, quod totum salarium in principio anni acquiritur, ideoq; totum integrum transmititur. Nāque, cum hoc salarium sit inæstimabile, ac proprieatā quām res individua, sit inde vt mortuo militi integrum salarium debetur, & transmittatur.

5 Ex qua ratione sit etiam in tali casu, quē data sunt repeti

Salarium honoris
statū in principio
anni acquiritur.
Ex hoc autem
statutis esse videtur.

63 *Castr. de annon. ciuilib.*

repeti non posse. ex glof. magna in l. 1. §. diuus. ff. de varijs, & extr. ord. cognit. nempe quia quando res est inæstimabilis cessat, illa ob rem dati obligatio, ex qua solet nasci conditio. iuxta textū in l. senatus §. 1. ff. de donat. caus. mort. l. in summa. l. damus. ff. de conditione indebiti.

6. Et ratio est, quia in hac obligatione ob rem, vna res ponitur loco alterius pro pretio, vt in l. naturalis, cum materia. ff. de præscriptis verbis. l. Modestinus ibi, *Premium mandatarum actionum.* ff. de soluzionibus. At in re inæstimabili talis conuētio cessat: ideoq; sacerdoti, vel Ecclesiæ sacrificij offerentis causa datū, repeti non potest, vt est bonus textus in cap. verum, in prima parte. Secundūm verum intellectū de conditionibus apposit. quanuis ad implementum causæ iudicis officium competat. argument. tex. in l. Mēuia ff. de condit. & demonstrat. l. Quintus Mutius. ff. de annuis legat.

7 EX PRÆDICTA autem ratione infertur, primō, quod si iudex, magistratus, aut assessor moriatur medio tempore, cum salarium ei debeatur, ratio honoris, & dignitatis, atq; ideo sit inæstimabile eius ministerium, illud integrum pro toto tempore transmittet ad hæredes, vt est text. iunct. glof. ibi, verb. præstitit in l. diē functo. ff. de officio assessor. (quē licet variè interpretentur Doctores, vt i colligi potest ex Carond. lib. 1. verisimilium cap. 3. Brisonio lib. 1. selectarum cap. 12. Alciat. lib. 4. disputation. contra quem latē disputat Forcatul. dialog. 62.) Hæc tamen est sententia communis secundum Curt. Iunior. ibi num. 31. Alex. 41. Oros. 6. Iaff. 36. Abb. in cap. 1. num. 9. de

Sacerdoti causa
sacrificij offerendi
datum, repeti nō
potest.

In re inæstimabili
cessat ob rem da
ti obligatio, ex
qua solet nasci cō
ditio.

64 Castr. de annon. ciuilibus.

9. de clero xagrotant. tenuit etiam glof. in. l. i. §. di-
uuus. verb. repeti. propē finē. ff. de varijs, & extraord.
cognit. vbi Bart. num. 7. pro quo faciūt etiam omnia
iura superiūs adducta. Contraria tamen sentētia ma-
gis placuit Fulgosio in dict. l. diem functo num. 4.
Greg. in. d. l. part. vbi neglecta eius legis regiæ aucto-
ritate credit de consuetudine p̄dictam opinionem
communem non feruari.

8 Sed nihilominus non est ita temerē discedēdum
à priori sententia communi, quæ est verissima, quam
etiam defendit Bolognet. in. d. l. diem functo nu. 47.
vbi fundamentis, quæ pro Fulgosio adducuntur, in-
regre satisfacit. Est tamen intelligenda, & declaran-
da, quando ipsum salarium vnicum fuerit ex vnicā
præstatione soluendum, & si annum pro illo anno
tantum debeatur. Ita eleganter Platea hic in. 3. nota-
bili in fine. Bolognet. vbi supra, qui per quinq; conclu-
siones p̄dictam resolutionem satis explicat.

9. Quibus addēdum est p̄dicta adeò procedere,
vt etiam cōmitibus, & ministris magistratus eo mor-
tuō ante finitum officium, totum salarium debeatur
pro omni tempore, quo administraturi essent, si ma-
gistratus nō deceſſisset, vt colligunt Doctores com-
muniter ex dict. l. diem functo. ff. de officio affessor.
quæ est transcripta in. l. 22. ff. locati. confirmat. l. qui
operas. 41. ff. eodem tit. l. 4. tit. vlt. par. 2. Dicit recep-
tum Curt. Iun. vbi suprà. Bolognet. num. 10. Quod
vſq; adeò verū est; vt statim cōmites petere possint
salarium, non expectata temporis dilatione. argum.
tex. in. l. si in lege. 27. §. si domus. ff. locat. fruſtrā enim
expectātur dilatio, cuius nullus est effectus. l. aliquan-
do. 13.

Castr. de annon. ciuilib.

65

do. 13. §. fin. ff. ad Vellean. l. cum hæres. 52. §. 1. ff. de ac-
quirend. hæred. Quod ita cum Bart. & Paul. de Caſtr.
tenet Iaff. in. d. l. diem functo num. 23.

10. Sed certè contraria sententia verior, & receptior
est, vt constat ex trad. ab Oros. num. 3. Bologn. num.
22. vbi suprà. Pro qua primo facit, quia inter usurum
medij temporis est in consideratione, maximè cum
eadem obligatio sit apud hæredem, qualis fuit apud
defunctam. l. 2. §. ex ijs. ff. de verb. oblig. Secundo fa-
cit text. in. l. in illa stipulatione. 8. ff. de verb. obligat.
ibi, dies tamen supereſt. l. si eum. §. homo. ff. si quis cau-
tionibus cap. commissa de elect. lib. 6. Quorum iu-
rium deciſio procedit etiam in contractibus bonæ fi-
dei, vt notat Paul. de Caſtr. in dict. §. si domus nu. 2.

11. Rursus facit text. in. l. 4. §. seruire. ff. de statu libe-
ris, vbi qui seruire vno anno iussus sit Titio, & liber-
sit, si moriatut Titius, non ante libertatem consequi-
tur, nisi elapso anno. Vterius est tex. in. l. vxori. 35. ff.
de vſu fruct. leg. Deniq; inducitur text. in. d. l. diē fun-
cto versic. Si modo. ff. de officio affessor. quem sic in-
ducit Curt. ibi num. 11. Nam ibi ita demum debetur
salarium comitibus magistratus, si modo comites cū
alio magistratu non fuerint, planè sequitur expectā-
dum esse illud tempus, neq; enim potest intelligi cōdi-
tio, si tempus non p̄terierit residuum.

12. Neq; obstat text. in. d. §. si domus, quoniam ibi in-
quilinus fuit in culpa deserendo habitationē. Ideoq;
non potest obiectare diem contractus, cui ipse contra-
uenit cap. ex eo de regul. iuris in. 6. Nec etiam obstat
quod fruſtrā expectatur aduentus diei, coius nullus
est effectus, quia hoc est falsum, cum portus amersit

Obligatio qualis
fuit apud defan-
ctū talis esse de-
bet apud hæredē.

I hære-

hæredum lapsus temporis expectare propter usum
riū medij temporis. §. plus. Institū. de actionibus.

Aduocato, an sa-
larium integrum
debeatur.

13 SECUND O ex predicta ratione infertur idē etiam fore dicendum in Doctore conducto ad legēdum ex glos. recept. in. d. §. Diuus ad finē. tradit Iass, post alios in. d. l. diem functo. num. 40. ff. de officio assessor. Quanuis in Academia nostra contrarium receptū sit, vt non nisi pro rata temporis (quo quis docuit) ad hæredes transmittat. In aduocato autem magis dubitari potest. Et quanuis Iass, & cæteri supra latitudē respondeant. Potest tamen fortasē dici nō idē ius esse. Quoniam Iuris Consultus in. d. §. diuus. loquens in aduocato, non eandem rationem considerauit, quam ibidem ponit Bart. scilicet, quod salarium sit inæstimabile, sed aliam diuersam, nempē, quia nō stetit per eum; quominus officium aduocationis adimpleret, quæ generaliter recepta est in oīni casu, vbi modus est. potestatiuus, quia si non stat per implere debentem, quominus impleatur, habetur pro impleto. l. 3. §. 1. ff. de condit. caus. dat. l. si pecuniam eodem titulo, vbi Iass. & Alex. & est bonus tex. in. l. quæ sub cōditione. §. quoties. ff. de condit. instit. Vnde quē admodum, & in alijs iuris partibus, item & in hac spe cie datur repetitio. l. 4. C. de condit. caus. dat. Ideoq; videtur cessare predicta communis sententia. Tu dicas faciendam esse differentiam inter salarium promissum pro singulis annis, & inter mercedem datā, vel promissam pro patrocinio vnius causæ. Ita enim distinguit Bart. vbi suprā. Primo enim casu procedit supradicta communis opinio ex ratione, quam suprā adorasti. Secundo vero casu, facienda est differentia

tex

Modus potestati
bus, si nō stat per
implete debentē,
habetur pro im-
plete.

inter datum, & promissum. Datum enim non repetitur, quoniam licet aduocationis officium sit inæstimabile, atq; ideo videretur cessare conditio iuxta superius dicta, quia tamen in eo consideratur aliqua ratio laboris, & industrie: propterea Iuris Consult. respexit ad rationem generalem, qua etiā fundatur tex, in. l. penult. C. de condit. caus. dat. Promissum verò repetitur, condicitur enim liberatio, quia eo casu videtur quodammodo sub conditione promissum iux. l. solent. versic. *Quod si salutum.* ff. de p̄fscript. verb. Ideoq; non impleta conditione aduocatus nihil petere potest, sed cliens condicet liberationem, vt in. d. l. 4. C. de condit. caus. dat. Quē distinctio tenenda est, licet Iass. vbi suprā eam rei ciat, qui tantum debet intelligi in primō membro distinctionis, eo enim casu nulla est differentia inter datum, & promissum.

14 HIS ETIAM, & consequenter dubitari potest, virum si famulus infirmus sit, & moriatur medio tempore salarium debeatur integrum. Et glos. in l. arboribus. §. de illo verbo *agrotante.* ff. de usufructu, putat integrum salarium deberi ex eo, quia non stetit per eum, quominus in ministerio præstaret. Pro qua etiam videtur facere tex. in. l. qui operas. 41. ff. locar. Bart. verò in. l. si vno. §. item cum quidam. ff. locati. contrarium tenet per tex. ibidem probat cessante ministerio, aut usu rei conductæ, & si cesset per casum fortuitū, cessare debere mercede laboris. Et vtriusq; opinionis auctores referti. Iass. in loca: suprā citato, numero. 47. in. l. 4. capitulo. et lib. 11. ab initio ista A. 15. Mihi autem placet distinguere inter duos casus, primus est, quando dominus conuenit cū famulo de

Famulus si infirmus sit, aut moriatur medio tempore, an salarium integrum eidebeat?

mercede soluenda in pecunia, tunc enim cum sit **vera**, & propria locatio iux. text. in. l. 1. §. si quis seruum. ff. depositi. l. naturalis. §. at cum do. ff. de præscript. ver. Salarium pro rata temporis debetur. iux. d. l. si yno §. item cum quidam. Nec obstat text. in. d. l. qui ope- ras. Quia debet intelligi, quando non stetit per loca- torem, sed per conductorem, quominus operæ præ- starentur, veluti si dominus famulum medio tem- po re dimiserit sine iusta causa. vt eum texum intellexit glos. in. d. §. item cum quidam. Secundus casus est, quādo aliquid dedit famulo in specie pro ministerio fu- turo, tunc enim cum sit contraetus in nominatus, vt in d. l. 1. §. si quis seruum. ff. de positi, & nō sterit per eū, quominus operas præstaret, videtur cessare repetitio iux. tex. in. l. 3. §. l. ff. de condit. caus. dat. cym simili- bus suprà adductis in quæstione aduocati, quam di- stinctionem facit elegantur glof. vlt. in. d. §. item cum quidam. versic. *Vel Verius dic.*

L. fin. C. de dome-
sticis protec.

16 EX S V P E R I O R I resolutione deducitur in
tellestus ad text. in l.. fin. C. de domesticis, & prote-
ctoribus lib. 12. qui texus difficilis est, dum probat
salarium non solum eius anni, in cuius principio mo-
ritur miles, qui ad latus Principis assistit, verum etiam
& sequentis anni ad hæredes transmitti. Nam quo ad
primum planè posse procedere, suprà resolutum est
in principio scholij precedentis. Quo ad secundum
vero, videtur nulla ratione posse procedere. Vnde
reiecta solutione Odofredi, quam ibi sequitur Platea.
Aduertendum est text. illum loqui in secundicerio,
qui proximum locum habebat à primicerio, vt colli-
gi potest ex. liz. C. eodē titulo de domest. & protec.

l. 2. C.

l. 2. C. de primicerio lib. 12. Is enim, quivno anno erat secundicerius, sequeti anno futurus erat primicerius, vt explicat Cuiac. in. d. l. fin. Constituit ergo Impe- rator, ibi hæredes defuncti secundicerius posse petere salarium totius anni sequentis, quo si viueret de- functus, foret primicerius, idq; casu militiæ, quo sub- rogatus in locu defuncti debet præstare annuos red- ditus eius hæredibus. iux. tex. in. l. omnimode. §. fin. C. de inoffic. testamen. ad quam glossa nostra ver- bo *gestum* alludit. explicat Lælius Taurel. in tractatu de militijs ex casu. Couar. & Cuiac. quos remissiu- re tulit in l. cum oportet num. 189. C. de bonis quæ li- ber. hos tamē redditus aduocati fisci nō tenetur præ- stare eius hæredibus: in cuius locum fuerunt subroga- ti. l. petitionem. C. de aduocatis diuersi. iudiciorū.

S V M M A R I A E X Notabili quinto.

- 1 Beneficiarius transmitit fructus perceptos ad hæredes, pendentes vero minime.
- 2 Beneficiarius solet æquiparati fructuario.
- 3 Fructus beneficij pendentes esse pro rata diuidendos in- ter hæredes mortui, & successores beneficij contra com- munem tenuerunt Canar. Molina, Auendan. & Sar- mientus.

Beneficia conceduntur ratione oneris, & officij.

Clericus facit fructus suos ratione tituli, propter quem beneficium habuit, maritus vero non facit fructus ra- tione dominij, quod habet, sed ratione onerum, que su-

stinet in matrimonio.

- Cap. fin. §. porro de officio ordinarij lib. 6. declaratur.
- 5 Sententia glof. huius quomodo intelligatur, & ampliatur etiam in fructibus, qui sunt à solo separati, & n. 6.
- 7 Fructus percepti pertinent ad renunciantem beneficium, pendentes vero ad eum, cui renunciatum est.
- 8 In venditione, & in legato fundi veniunt omnes fructus pendentes, cum eius pars sint.
- Subrogatus debet habere omne ius, quod ille, in cuius loco subrogatur.
- 9 Pensionarius transmittit fructus perceptos, non vero pendentes ex sententia Petri Barboſe, qua quomodo procedat, & quo asu ostenditur num. 19.
- 10 In promissione fructuum subintelligitur conditio, si fructus nascantur.
- 11 Pensio ecclesiastica cedit in alimoniam pensionarij, & si constituta sit in pecunia, pro rata temporis, quo vixit pensionarius, ad heredes transfibit.
- 12 Commendatarij transmittunt fructus ipsius commendatorum perceptos ad heredes, non vero pendentes contra Molinam, & alios.
- 13 Emphyteuta transmittit fructus emphyteusis ad heredes, si sint percepti.
- 14 Cap. 11. §. his consequenter, hic finitur lex, in usibus fœdorum interpretatur.
- 15 In his, que exorbitant à iure communi, non procedit argumentum de fœudo ad emphyteusim, ab usufructu vero ad emphyteusim valida erit argumentatio.
- 16 Cuiacius contra iura apertissima affirmavit, non solum in emphyteusi, sed & in usufructu, fructus pro rata esse dividendus exemplo mariti.

Intellectus

Intellectus I. si operas. ff. de usufructu.

Intellectus ad l. uti frui. §. fin. ff. si usufructus pertinet.

- 16 Maioratus possessor transmittit fructus collectos ad eius heredes, non vero pendentes. contra Molinam, & alios.

Fructus à solo separati consentur res mobiles, & tanquam quid separatum à rebus maioratus, & ideo diuiduntur inter heredes.

17 Maioratus bona non communicantur inter coniuges, fructus vero collecti ex maioratu inter eos diuiduntur.

18 Fructus pendentes ex rebus maioratus mortuo ultimo possessore, pertinet ad eius successorem, & si maior pars anni transacta sit.

Non solum dominium rei legata, sed & fructum, qui pars rei cèsetur, transfertur absq; traditione in legatarium.

19 In Regno Castellæ mortuo ultimo possessore, non solum dominium, sed & possessio maioratus transfertur in successorem.

20 Maioratus fructus pendentes esse pro rata diuidendos inter heredes defuncti, & successorem tenuerunt Couar, Molina, & Auendan.

21 Maioratus onera, & onera matrimonij sunt dissimilia, ex leges, que de marito loquuntur, non conueniunt maioratus possessori.

22 In maioratu ex bonis regiae corona transit dominium ipso iure in successorem, & si constituatur per viam donationis inter viuos. Ex bonis patrimonialibus dominium non transfertur absq; traditione in regno Portugalie.

23 In contractibus, licet resolutur titulus, non tamen transfertur dominium ipso iure.

Dominium non potest esse impeditum.

NOTA

NOTABILE. V.

Fructus beneficij
percepti transmit-
titur ad hæredes
uō verò pédetes.



X glossa ultima in fine ibi, *Item ar-
gumētum, quod idem sit in præbenda
clericis iam percepta colligitur, quod
mortuo beneficiario perceptis iā
redditibus, illos transmittit ad hę-
redes ex testamento, vel ab inte-
stato, pendentes verò minimè,
quam glos. sequuntur h̄ic Odofred. Pirrus, & Pla-
tea. Corsetus in singulari verbo *clericus*. Imola nu. 1.
Roman. num. 12. in. l. diuortio. ff. soluto matrim. Ca-
nonistæ in cap. si de officio ordinarij lib. 6. Ancharr.
cons. 116. num. 3. dicit communem Alberic. in. d. l. di-
uortio num. 12. Alexand. cons. 15. num. 3. lib. 2. Rota
deciss. 41. in antiquis de probationibus.*

2. Et ratio est, quia beneficiarius solet æquiparari
fructuario. ex glos. verb. *referuari* in cap. fin. de offi-
cio ordinarij lib. 6. ideoq; in eo seruanda est distin-
ctio text. in. l. defuncta. 65. ff. de vſu fructu (ad quam
glossam h̄ic allucinatur) l. si vſus fructuarius. 13. ff. qui
bus modis vſus fruct. amittat. l. in singulos. 8. ff. de an-
nuis legat. §. is verò. Instit. de rerum diuisione. l. 3. ti-
tulo. 8. part. 5.

3. Sed certè ab hac communi sententia recessit Co-
uarrus lib. uariar. cap. 15. num. 12. qui existimat fru-
ctus pendentes esse pro rata dividendos inter hære-
des mortui, & successores beneficij, sequitur. Auēd.
responſ. 5. num. 1. quorum opinionem in forensibus

contro-

controuersijs receptam se vidisse testatur Molina lib. *capitula de
successione*
3. de primogen. cap. 11. num. 4. Sarmien. de reddit. ec-
clesiast. 4. par. cap. 6. num. 13. qui Hispaniæ consuetu-
dine ita receptum esse ait. Mouētur autē prædicti Au-
tores duplici fundamento. Primo, quia beneficia cō-
ceduntur ratione oneris, & officij, cap. cum secun-
dum de præbendis cap. fin. de rescriptis lib. 6. Ideoq;
in eo seruanda est eadem ratio, quæ in. l. diuortio . ff.
soluto matrim. Secundo, mouētur ex tex. in cap. fin.
§. porrò de officio ordin. lib. 6.

4. Sed ad primum respondeatur diuersam esse ratio-
nem in clero, quām in marito. Nam clericus facit
fructus suos ratione tituli, propter quem beneficium
habuit text. cap. si tibi absenti de præbendis (quē no-
tabilem appellat Panor. in cap. cum M. Ferrar. num.
30. de constitut.) Ideoq; tantum attenditur, vt rūm ti-
tulus, & dominium subsistat, quæ cum morte fuerint
extincta, meritò succedit regula. d.l. defuncta. Māri-
tus vero nō facit fructus suos ratione dominij, quod
habet in rebus dotabilibus, sed ratione onerum, quæ
sustinet. l. dotis fructus. 8. ff. de iure doti. l. pro oneri
b'. C. de iure doti. l. 24. tit. 11. par. 4. Ideoq; attēditur
per q̄ tēpus sustinuisse onera matrimonij, vt in. d. l.
diuortio, vbi ita doctissimè aduertit insignis. P. Bar-
bos. scholio. 25. Ad secundū de. d. §. porrò. respōdetur
potius facere pro cōsentētia, probat enim ex fructi-
bus perceptis onera totius anni esse exoluenda, do-
nec noui fructus nascantur, vt ibi notat. Dominicus
num. 4. Ergo licet beneficiarius ex fructibus penden-
tibus nihil prætendat, ex perceptis tamen debet esse
contentus.

Maritus facit fructus suos ratione onerum, quæ su-
stinet in matrimonio.

Barbos.

Beneficiariis &c. h̄c intelligendo tamen dummodo contraria consuetudine potest fuerudo non refragetur, quia illi standum erit, cū spe de fr̄tibus testa cialiter approbetur in extrauaganti suscepti regimini de electione. Ioannis. 22. Deinde h̄c recipienda sunt attenta hodierna, & generali consuetudine, quæ habet quōd beneficiarius potest de fructibus testari. Secus verò de iure communī, vt in cap. cum in officijs de testamento.

Fructus beneficij dūmodo sint à solo separati transfeunt ad hæredes conditis, sed etiam in ijs, qui tantum sunt à solo separati, vi ipsi transfeant ad hæredes defuncti ex testamento, vel ab intestato, ita tenet Salicet. in. l. si pater. C. de vſu fructu, & est communis opinio secundum Tirrauell. de retract. tit. 2. glos. 4. §. 5. in principio.

Percepti fructus 7 EX SUPERIORI resolutione infertur pri-
pertinent ad renūmō, prædicta procedere etiam in eo, qui beneficium
ciantē beneficij. ecclesiasticum renunciauit, vt fructus percepti per-
tineant ad renunciātē, pendentes verò ad eum,
cui renunciātum est. disputat, & resoluit Platea in pre-
senti. Alber. num. 13. in. l. diuortio. ff. solut. matriu.
Rota decisione. 136. in antiquis, quicquid Couar. vbi
suprà. Pro qua sententia facit, quia subrogatus debet
habere omne ius, quod ille, in cuius locum subroga-
tur. l. 1. C. de committib. rei militari. lib. 12. Deinde fa-
cit, quia in venditione fundi veniunt omnes fructus
pendentes. l. Julianus. §. si fructibus. ff. de actionibus
empti. l. item si fundi. ff. de vſu fructu. Et in legato fun-
di veniunt etiam fructus pendentes. l. Mœuius. §. pen.
ff. delegat. 2. l. Herennius Modestin. 42. ff. de vſuris.
quia

quia sunt partes illius fundi. l. fructus pendentes. ff. de rei vendicat. Sic in simili in renunciatione beneficij erit dicendum, vt fructus etiam pendentes committentur ipsum beneficium. Ultimo loco inducitur tex. in rubro, & nigro in authent. vt clerici, qui recedunt alijs pro eis subrogatis collat. 5.

9 SE C. V N D O infertur superiū posita etiam Pensionarius trāf-
mittit fructus perceptos, non verò pendentes. Nam cum pensio ecclesiastica vſu fructui æquipare-
tur ex Cardinali inclemen. §. 1. eadem. vbi Imol. num.
26. de supplenda neglig. prælati. Sequitur in eo ob-
seruari debere distinctionem. d. l. de functa, resoluti
Gigas depensionibus quæst. 53. insignis Barbosa vbi
suprà Scholio. 23.

10 Quod tamen indistincte non arbitror esse admittendū, nisi quando pensio ecclesiastica fuerit consti-
tuta in parte, seu in quota fructuum, quia tūc cum subintelligatur conditio si fructus nascantur. l. 1. ff.
de condit. & de monstrat. & ante implementum cō-
ditionis nihil debeatur pensionario. l. cedere diem. ff.
de verborum signif. consequitur ad hæredes non posse transmitti. argum. tex. in. l. 4. ff. de annu. legat. l.
si cum præfinitione. ff. quando dies legat. cedat. Sup-
posito, quōd pensio ecclesiastica cedit in alimoniam
pensionarij, vti concludit Gigas depensionibus quæ-
stione. 51. nu. 2.

11 Cæterū si pensio sit constituta in pecunia nume-
rata, vt plerunque fieri solet, crederem pro rata tem-
poris, quo vixit pensionarius, ad hæredes transfere pēta temporis, quo
vixit pensionarius, de cursam, & non solutam. secundum Couar.

Pensio ecclesiasti-
ca, si sit constituta
in pecunia, pro ra-
tionē, de cursam, & non solutam. secundum Couar.

in loco supra citato num. 13. qui in hoc casu rectè procedet, tradit Gigas depensionibus quest. 52. & ita audiui praxi obseruari.

12 T E R T I O infertur argum. nostri tex. idem etiam dici debere in commendarum fructibus, Christi videlicet, sancti Iacobi, & Auis: vt commendatarij fructus perceptos transmittant ad hæredes, non vero pendentes, ad similitudinem vnu fructuarij, de quo su præ dixi. Quanuis contrarium existimet obseruari Molina lib. 3. de primog. c. 11. nu. 4. vbi ait ad exemplum mariti fructuum diuisionem fieri.

Emphiteuta transmittit fructus.

13 Q V A R T O infertur superiorem resolutionē locū etiam habere in fructibus emphiteusis, quæ post finitas vitas debet ad directum dominum pertinere, vel ad alium, vt similiter emphyteuiz fructus transmittant perceptos, non verò pendentes, tenet Alex. in d. l. diuortio num. 4. Claudio ibi col. pen.

14 Licet contrarium contendat ibi Socin. nu. 8. quæ sequitur Tiraquell. de retract. tit. 2. glos. 4. §. 5. num. 2. arg. tex. in cap. 1. §. his consequenter. Hic finitur lex in ijs, quæ exorbi

In ijs, quæ exorbi
tātā iure cōmuni bitans à iure cōmuni, tantum procedet in fœudo, non procedit ar- non verò in emphiteusi, ad quam non potest ab eo ar- gum. de fœud. ad emphyteu.

gui in ijs, quæ exorbitant à iure cōmuni. secundum Bart. in l. vt iuris iugandi. §. si liberi num. 5. ff. de operis liber. Euerard. loco. 29. nu. 42. Sed potius ab vnu fructu ad emphiteusim erit argumentatio. secundū Iasslin. l. 2. num. 18. C. de iure emphiteu. & sic in co- procedet distinctio. tex. in d. l. defuncta. in glos. hic al- legata cum similibus suprā adductis.

15 Vt mirandum sit contra iura apertissima Cuiac.

affirmasse

affirmasse lib. 4. de fœud. tit. 30. non solum in emphiteusi, sed etiam in vnu fructu, fructus pro rata esse dividendos; exemplo mariti per text in. l. si operas. 33. ff. de vnu fructu. vti frui. §. fin. ff. si vnu fructus petat. Quæ tamen iurabilib[us] obstant, nam primus tex. loquitur in operis seruorum, quæ multum distant à fructibus aliarum. Neg; enim operæ simul, & vno tempore, sicut fructus vineæ, aut alterius fundi, colliguntur, sed in quotidiana perceptione cōsistunt, quia opera diurnum officium est. l. i. ff. de operis liber. & antequam sit in actu, non est in rerum natura. vnde nisi in integro anno duraret vnu fructus serui, impossibile est, quod à fructuario totius anni operæ percepte fuerint, ideoq; ad eum solum pro rata pertinent eius temporis, quo durauerit vnu fructus: scilicet ante finitum vnum fructum. Non obstat tex. in d. §. fin. quia nihil vetat intelligere, & supplere iuxta terminos d. l. defuncta, scilicet, vt præteritorū fructuum, qui à colono, vel ab alio essent collecti ante finitum vnum fructum, vnu fructuarij hæres agere possit.

16 Q V I N T O infertur, idem etiam argum. nostri text. admitti debere in maioratus fructibus, vt scilicet maioratus possessor collectos fructus transmittat ad hæredes, pendentes verò pertineant ad successorem maioratus ex l. si vnu fructarius. ff. quibus modis vnu fruct. amitt. l. defuncta cum alijs supra allegatis. ff. de vnu fructu. Nam fructus à solo separati censeantur res mobiles. l. fin. ad fin. ff. de requirend. reis. & tamen quam quid separatum à rebus maioratus. l. in ædibus 9. §. i. ff. de donationibus. Ideoq; sicut res mobiles possessoris maioratus debent diuidi inter illius hæredes.

Cuiacius refutatur.

Operarū percepcio multū differt
fructuū percepcionē.

Maioratus posse
sor transmittit fru
ctus collectos ad
eius hæredes, non
verò pendentes.

Anton. Gom.in.l.40. Tauri num.74. verb. quod tamen
Signerol. cons.12. num.2.

Fructus maioratus communicantur inter coniuges.

17 Quo sit, ut licet bona maioratus non communiciantur inter coniuges ord.lib.4.tit.7. §.2. Tamen fructus collecti ex bonis maioratus communicantur. ex Palat.Rub.in repit.rubr. §.62.nu.10.

18 Quod si fructus sint pendentes mortuo ultimo possessore maioratus, tunc omnes insolidum pertinēbunt ad successorem, & si maior pars anni transacta sit ex regul.l. Herennius Modestinus. 42. ff. devsuris, coniuncta eius ratione, quam ponit Iass.in.l.apud Iulianum. §.fructus. num.8 .ff. delegat.i. scilicet, quod in legatis transfertur dominium absq; traditione. l.1. C. communia de legat. §. sed nostra. Institut. eodem. Ideoq; quemadmodum efficitur dominus rei legatæ, ita & fructum, qui pars rei censemur. l.fin. §. fructum. ff. quæ in fraud. creditorum.

Fructus pendentes maioratus pertinent ad sequentem insolidū, mortuo ultimo possessorē.

19 Vnde cum ex dispositione.l.45. Taur. in Regno Castellæ sit constitutum mortuo ultimo possessorē, statim nonsolum dominium, sed possessionem maioratus trasferri in successorem, proculdubio omnes fructus pendentes ad eum spectabunt, etiamsi maior pars anni transacta sit, quo ultimus possessor deceperit. Ita Ant.Gom.in.d.l.40. Taur. num. 74. Pelaes de maioratibus.4.par. quæst. 24. doctissimus Costa de successione Regni. 3.par.num.13. & sequenti, qui ita in senatu regio iudicatum fuisse aliquando testatur: nēpē vt fructus percepti, post delatam successionem pertineant ad successorem, non attento quia parte anni vixerit ultimo possessor. 1. In iuris nob. 1. d. 3. 40. Contrariam tamen sententiam tenuit Couar. lib.

x.var.

2. var. cap. 15. ad finem, vbi refert in Granatensi senatu fuisse iudicatum fructus pro rata esse dividendos inter hæredes defuncti, & successorem maioratus. defendit Molina de primog.lib.3.cap.11.num.11. Auēdan. resp. 5.num.6. qui omnes contendunt in hac divisione fructuum sequendum esse exemplum mari- tu. Nam quemadmodum marito dos datur ad sustinēdo onera matrimonij, & divisio fit pro rata téporis, quo onera sustinuit. l. diuortio. ff. solut. matrim. Ita quoq; possessor maioratus omnia onera familiæ susti- net: scilicet fratres, & cognatos alere, & splédonem familiæ conseruare, ideoq; similiter divisio fieri debet.

21 Sed certè non est discedendum à priori sententia, quæ est verissima. Neq; obstat argum. quia matrimonij onera, & onera maioratus possessoris sunt dissimilia, cum onera matrimonij sint grauissima, & continua, at maioratus possessoris onera interdum sunt nulla, aut saltim modica, quæ oneribus matrimonij comparata sunt nullius momenti, vt est notissimum: vnde leges, quæ de marito loquuntur Majoratus possessori non conueniunt.

22 Quibus addendum est opinionem Gomesij apud nos proculdubio esse recipiendam, si maioratus in testamento constituantur, quia tum cum inducatur fidei commissum quoddā successuum in futuros successores. l.peto. §.fratre. ff. delegat. 2. Inducetur etiam decisio tex.in.d.l. Herennius Modestinus. Et idem ejus recipiendum est in maioratu ex bonis regiæ coronæ, quia cum ex mente ordinat. lib. 2.tit.17. §.2. dominiū transfératur ipso iure in successorem, vt aduertit Costa, vbi supra nu.14. profectò reducitur res ad terminos.d.

Possessor maioratus sustinet onera familiæ.

Leges, quæ de ma- rito loquuntur, nō conueniunt mai- ratus possessori.

In maioratu ex bonis regiæ coronæ transit dominium ipso iure in suc- sorem.

minos.d.l.Hereniū modestius. Si verò maioratus sit constitutus per viam donationis inter viuos, dicē dum est, quod cum non transferatur dominium absq; traditione l.traditionibus.C. de pæctis.l. 2. quoties. C.de donat. quæ sub mod. Couar.lib. 1.variar.cap.14. num.3. Non ante traditionem successor fructus lucrabitur.

23 Nec obstat, quod donatio licet ad vitam donata-

In contractibus li-
cet resoluatur ti-
tulus, non tamen
transfertur domi-
nium.

rii finito tempore extinguitur, & ipse contractus, vt in.l.fin. C. de legat. l. 2 . C. de donat. quæ submo-

Quia respondetur, id non esse intelligendum, vt trā-
facto tempore, dominium transferatur ipso iure in

eum, cui donator voluit acquiri, sed tantum, quod ei

competat actio personalis, secundum voluntatē do-

nantis. Receptissimum est enim principium in con-

tractibus, vt licet resoluatur titulus, non tamen trans-

fertur dominium ipso iure.glos. magna communiter

recepta, vbi notat Paulus num.8.in.l. 1. C. de inoffic.

donat.Ant.Gom.in.l.40. Taur. num: 27. Cum ergo

dominium sit penes hæredem defuncti, vt quia non

poteſt eſſe impendiſti.l.nec vtilē. ff. ex quibus cauſ.

maiores. fit, vt interim ratione dominij fructus lucrē

tur: & ita ſentit Costa de patruo, & nepot.3.part.nu.

45. In Regno tamen Caſtellæ ſeruanda erit potius

prædicta opinio Gomesij indiſtinctè attenta. l.45.

Taur. &.l.7.tit.4.par.5. vbi Greg. verb. Posſeſſion, re-

ſoluit.d.Petr.Barbosa in.d.l.diuortio. ff.solut.mater.

Dominium non
poteſt eſſe impē-
denti.

Barbosa.

S V M M A R I A E X

Notabili ſexto.

- 1 Heredes sanguinis dicuntur propriæ hæredes, & in con-
ditione, si ſine hærede, per inde intelligitur, ac ſi dictum
ſit, ſi ſine liberis, quia hi ſunt propriæ hæredes sanguinis.
- 2 Appellatione hereditis continentur omnes hæredes, etiam
extranei, ſi aliqua absurditas ex eo non reſultet.
- 3 Intellectus.l. ex facto. §.fin. ff. ad Sen. Cōf. Trebell.
Verba nunquams debent intelligi, vt raro, aut nunquams
verificari poſſint.
- 4 Intellectus huius text.
- 5 Viuens non poſteſt habere hæredem extraneum, filius ve-
ro dicitur etiam hæres viuo patre.
- 6 Verbū, hæredes, filios tantum comprehendit in feudo, &
in annona, & quomodo hoc intelligatur.
- 7 Res Ecclesiæ ex iusta cauſa, & interueniente solemnita-
te à iure requiſita, poſſunt dari in emphyteuſim, & in
annonam, etiam in extraneos hæredes.
- 8 Intellectus. §.emphyteuſim, auch. de non alienand. aue,
permutan. rebus Ecclesiæ. collat. 2.

NOTABILE.VI.



Hæredes sanguinis, dicuntur prò priè hæredes.

Abet text. vel in hæredes proprios iure sanguinis.

1 Notabis declarationem verbi *hæredes*, quam facit Imperator in present. vt scilicet intelligatur pro priè de ijs, qui sunt successores sanguinis; vt non immerito Mātīca ex hoc text. dixerit lib. 11. de coniecturis tit. 1. num. 9. in conditione (si sine hærede) perinde intelligi, ac si dictum sit, si sine liberis, quia hi sunt proprij hæredes sanguinis secundum text. hīc.

2 Nam licet regulariter appellatione hæredis cōfineantur omnes hæredes, etiam extranei. I. hæredis appellatione. 170. l. sciendum. 70. ff. de verb. signific. l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Bart. in l. Gallus. §. etiā si parente. num. 2. ff. de liber. & posthum. communiter receptus per Iass. ibi num. 11. Pinen. in l. 2. num. 12. C. de bonis mater.

3 Tamen id intelligitur, quando verba hæredis verificari possunt in extraneis hæredibus. Ceterū, si aliqua absurditas resultaret, tunc ad liberos proprios hæredes sanguinis restringi debet. vt in l. ex facto. §. fin. ff. ad senat. consult. Trebell. Cuius tex. ea ratio est, quia verba nunquam debent intelligi, vt raro, aut nunquam verificari possint cap. coram. 34. de offic. de legat. Unde cum verba illa, (sine hærede) si generaliter acciperentur, nunquam fideicommissum verificari

Appellatione hæredis continentur omnes hæredes etiā extranei.

Verba nunquam debent intelligi, vt raro, aut nunquam verificari possunt.

rificari posset, ideo verbum illud, sine hærede, restrin gitur, & fit interpretatio, de qua ibi. Vt rectè accepit Accurs. ibi schol. vlt. quem communiter scribentes se quantur. secundum Dec. in c. in præsentia. num. 48. verl. Secunda conclusio extra de probationibus, & conf. 594. num. 1. Socin. cons. 57. num. 7. lib. 3. Grauet. cons. 38. num. 1. cum quibus ita resoluta insignis Barbosa in d. l. ex facto. §. in princ. ff. ad Trebel. & explicat Caldas de nomin. emphyteus. quæst. 22. num. 44. & 47.

4 Ex qua resolutione infertur primò ad text. nostrum, vt si annona concedatur Titio, & hæredibus suis ad eius vitam, qualis est annona gratiosa, quia talis concessio non potest verificari in extraneis hæredibus, cum viuens non possit habere extraneum hæredem, iux. l. 1. de hered. vendit. fit vt intelligatur tam de filijs, non de alijs. Cum filius dicatur etiā hæres viuo patre ex Bart. ybi suprà communiter recepto, secundum Socin. in l. si filius, qui patri. num. 16. ff. de vulgar. & pupil. Costa in. 4. §. p. num. 9.

5 Deniq; hinc etiam fit, quod si res est eius natura, vt non possit transire ad extraneos hæredes, vt est fœdum. cap. 1. de succession. fœud. & annona regiae coronæ ord. lib. tit. 17. §. 5. verbum hæredes, filios tam comrehendet. resoluta Caldas de nominat. emphyt. quæst. 22. num. 28. Nisi in concessione sit dictum pro te, & quibuscumq; hæredibus, vt eleganter tenuit Bald. in cap. Imperialis, de prohibita fœud. alienat. per Fœdericum, & in l. 1. num. 30. ff. de rerum diuisione. arg. l. id tempus. 14. §. 1. ff. de vñcupation. Sequitur Aret. in l. pro hærede. §. quod si tamen. 1. notabili

Intellectus. 1. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell.

Barbosa.

Filius dicitur hæres, etiam viuo patre.

Verbum hæredes filios tantum cōprehendit in fœdo, & in annona.

ff. de acquir. hæred. Peralt. in rubr. num. 55. vers. *Septimus casus*. ff. de hæred. instituend. & in. l. & Proculo, num. 8. ff. deleg. 2. Menoch. conf. 129. num. 11.

Emphyteusis ec-
clesiastica non trā
sit ad hæredes ex
traneos.

6 Ex ijs deducitur, etiā q̄ si Ecclesia concedat ali-
cui rem in emphyteusim, vel in annonam ciuilem ali-
cui, & suis hæredibus, ea annona, & emphyteusis nō
transbit ad hæredes extraneos, cum res Ecclesiæ nō
possint ita dari in emphyteusim, aut pro annona ci-
uili, vt in extraneos hæredes transeat, vt tenet post
glos. ibi communiter scribentes. secundum Alex. in
l. etiam. ff. solut. matrim. num. 3. & esse communem
testatur Dec. in cap. in præsentia. num. 48. de proba-
tion. & conf. 171. num. 3. Gozadin. conf. 36. num. 6.
Afflit. decisione. 100. Rubeus in l. Gallus. §. quidam
reētē num. 129. ff. de liber. & posthum. Caldas, qui
simpliciter loquitur, vbi suprà nu. 26. & probatur ea
sententia in auth. de non alienan. aut permutan. rebus
Eccles. §. emphyteusim ibi, & *civilis annona*, collat. 2.

Res Ecclesiæ ex
iusta, & interue-
niente solemnita-
te possunt dari in
emphyteusim.

7 Sed longè verius, & receptius est res Eccles. ex
iusta causa, & interueniente solemnitate à iure requi-
sita, posse dari in emphyteusim, & in annonam, etiam
in extraneos hæredes, vt tenuit Abb. in d. cap. in præ-
sentia, num. 29. & Felinus num. 27. Philip. Decius. d.
num. 48. vers. Sit ergo *resolutio*, & est communis secun-
dum Alex. conf. 189. lib. 2. Socin. conf. 266. num. 33. 2.
volum. Grat. conf. 55. num. 26. lib. 1. Couar. lib. 2. var.
cap. 17. num. 4. vers. *Quarta conclusio*. Et probatur in au-
thent. de alien. & emphyteus. §. licentiam, ibi & *perpe-*
tuo in emphyteusim voluntibus dare. in authent. perpetua
C. de sacros. Eccles. & probatur etiā ratione, quia si
res Ecclesiæ ex iusta causa, & interueniente debita
solemnî-

solemnitate possunt in totum alienari, multò magis
poterunt dari in perpetuum emphyteusim, per quam
vtile dumtaxat dominium transfertur.

8 Nec obstat huic sententiæ tex. in d. §. emphyteu-
sim, quoniam duplicitè respondetur. primò, quia is
tex. corrigitur per d. §. licentiam, vt tenuit Accurs. in
§. adeò. verb. auferre. Institut. de locato, & conduct.
Et in authent. si quas ruinas verb. *denuo*. C. de sacros.
Eccles. Vel secundò, & melius respondetur, quod res
Ecclesiæ ex iusta causa, & interueniente solemnitate
poterunt dari imperpetuam emphyteusim, vt in d. §.
licentiam: sine solemnitate vero de iure ciuili pote-
runt dari vsq; ad tres vitas, vt in d. §. emphyteusim:
Quod tamen correctum est iure canonico per Cle-
ment. 1. de rebus Eccles. & in cap. nulli eodem titu-
lo. Vnde hodie res Eccles. ex iusta causa, & debita
solemnitate poterunt dari perpetuo in emphyteu-
sim: Sine solemnitate vero nullo modo dari pos-
sunt. Si ergo quis accipiat ab Ecclesia rem in em-
phyteusim pro se, & hæredibus suis, interueniente
iusta causa, & solemnitate requisita, ea emphyteu-
sis transbit ad extraneos hæredes, cum id importet
verborum proprietas, nec actus natura repugnet
ex communi opinione, de qua suprà, quicquid con-
tradixit Gozad. d. conf. 39. num. 7.

Intellectus. § em-
phyteus. authent.
in de non alienand.

S V M M A R I A E X
Septimo notabili.

2. Emolumenta annonæ iam percepta, non solum pertinente ad liberos, & hæredes iure sanguinis, sed ad eos, qui iure hæreditario succedunt.
2. Ea, quæ possunt alienari, possunt etiam in extraneos hæredes transferri.
3. Annona perpetua transire ad omnes hæredes, etiam extraneos, annona verò regia coronæ iure maioratus deferatur ex ordinatione Regni Portugalie, & num. 4.
4. Concessiones Principum gratiose non transeunt ad hæredes extraneos: etiam si in eis mentio hæredum fiat.
5. In successione eorum, quæ deferuntur iure sanguinis, non potest ultimus possessor disponere, sed pertinet ad proximum agnatum. At in successione hæreditaria potest testator etiam propinquiores, & consanguineos priuare, & de eis ad libitum disponere.
6. In successione sanguinis nō datur dñs iusto, immò proximus admittitur, etiam ultra decimum gradum, quod tamē est secūs in successione hæreditaria.
7. Successor iure sanguinis potest, delata bona, acceptare & hæreditatem ultimi possessoris repudiare: in successione verò hæreditaria, non potest successor partem adire, & partem repudiare.
8. In his, in quibus primo institutori succeditur, non potest proximus ex hæredari.
9. In successione iure sanguinis potest pacisci sine consensu ultimi possessoris. Secus vero in hæreditaria successione, ubi prosequuntur remissione aliae notabiles differetia.

10. Annona

10. Annona gratiosa regie corone quando transeat ad hæredes extraneos.

NOTABILE. VII.



E L in hæredes propriis iure sanguinis.

1. Colligo ex hoc tex. iuncta gl. verb. sanguinis emolumenta annonæ iam percepta, non solum pertinere ad liberos, & hæredes iure sanguinis, sed ad eos, qui iure hæreditario succedunt, vt per hæc verba non significet Imperator in ijs bonis debere, duntaxat, succedi iure sanguinis, sed etiā iure hæreditario: inter quæ duo lōga est differentia, vt nō inde mireris frustra hoc glossam, immò subtiliter adnotasse.

2. Cuius rei ratio est, quia si predicta emolumēta titulo alienationis possunt in extraneos distrahi, vt statim in nostro tex. probatur, multò fortius poterunt ad hæredes iure hæreditario transire, ea enim, quæ possunt alienari, possunt etiam in hæredes transferri, vti notatur in l. peto. 71. §. fratre. ff. delegat. 2. l. 1. ff. de fund. dotal. Si autem hæreditas non adeatur per hæredem scriptum, tunc liberis, & agnatis ipsius defuncti, licet non sint hæredes, predicta emolumenta solvi debebunt ex glo. 2. in l. si quis in sacris. C. de proximis sacrorum Scriniorum, quam ibi prosequitur Platea. col. 1.

3. Quod etiam intellige, procedere in ipsa annonā à Principe donata, si sit perpetua iure hæreditario, vulgo

Ea, quæ possunt alienari, possunt etiā in extraneos transferri.

vulgò *Tempa de iuro*. Nam ea, ad quoscunq; hæredes, siue proprios iure sanguinis, siue extraneos pertinet, vt hic.

4 Secùs verò erit in annona regiæ coronæ, quæ vt quæ iure maioratus semper deferri debet, vt probat expressè tex. de iure nři Regni in lib. 2. Ord. tit. 17. §. 5. ibi *dereytos reays*, & ibi, *de juro, & heredade*, ibi, *non filio maior bardoñ lidimo sem serem partidos entre os heredeiros*,

Concessiones Principū gratuitæ intelliguntur de liberis, non de hæ redibus externis.

Et ratio est, quia concessiones Principum gratioſæ in telliguntur tantum de liberis, non de hæredibus, etiā si in eis mentio hæredum fiat, vt voluit glos. in l. 1. C. vnde vir, & vxor, quam sequuntur Iacob. Butrig. Bart. & Dec. in vlt. colum. quanvis glossa in l. vnic. C. si liberalitatis Imperial. socius sine hæred. decis. lib. 10. quam ibi sequitur Bart. Platea, Cyn. Salicer. Alex. & Iass. in l. 1. C. vnde vir, & vxor, contrariū teneant: quorum opinionem dicit communem Soc. Iun. cons. 73. num. 9. in princip. vt scilicet verbum, hæ redibus, simpliciter prolatum in concessione Princi piis gratioſa intelligatur de quibuscunq; hæredibus. Iure autem nostri Regni prior opinio seruanda est, quam etiam apud Venetos custodiri in praxi testatur Ant. Pereglinus de iuribus, & privilegijs fisci, lib. 1. titul. 2. num. 102.

Differentiae inter succession. iur. sanguinis, & in ter hæreditario.

5 Quo fit quantum differat hæc annona successio na regiæ coronæ ab alia, nam sunt plures, & notabiles differentiae, inter unam, & aliam successionem. Pri mò enim in successione eorum, quæ deferuntur iure sanguinis, non potest ultimus possessor disponere, sed pertinent ad proximum agnatum, iux. tex. in cap. 2. in princip. de successione fœud. Molin. post alios lib. 1.

lib. 1. de primogen. cap. 8. num. 10. At in successione hæreditaria potest testator etiam propinquiores, & consanguineos priuare, & de eis ad libitum dispone re, iux. l. quidam cum filium, versic. in eo autem. ff. de verb. oblig. resoluunt Doctores per text. ibi. in l. fratri, & in l. fratres. C. de inoffic. testam. & probatur in ord. lib. 4. tit. 74. in princip. & l. 8. tit. 8. par. 6.

6 Item in successione, quæ defertur iure sanguinis non datur diuīsio, immo proximus admittitur. arg. text. in cap. Imperialē. §. præterea de prohibit. fœud. alienat. ord. in d. §. 5. ibi, *sem serem partidos entre hos herdeiros*: probat Bald. in authent. ex testamento, nu. 6. C. de collationibus, quem sequuntur plures, relati à Molina lib. 1. cap. 11. à num. 2. Menchac de success. creat. § 26. num. 47. Rojas in epitom. success. cap. 5. à num. 12. At in success. hæreditaria fit diuīsio inter æquales in eodem gradu. l. 2. §. hæreditas. ff. de suis, & legitim. l. lege. 12. abul. versi. illa proculdubio. C. de legitim. hæred. explicat Gomes in l. 8. Taur. num. 1. Deinde in successione iur. sanguinis admittitur quis, etiam ultra decimum gradum. l. cum ita. §. fideicom missio. ff. delegat. 2. l. vlt. C. de verb. significat. Molin. lib. 1. cap. 3. num. 14. & cap. 4. nu. 4. Gama decis. 193. num. 4. At successio hæreditaria ab intestato non extenditur ultra decimum gradum. glos. vlt. in. §. vltim. Inslit. de successorū cognat. §. 2. verb. longif. Instit. legitim. agnator. success. glos. in authent. in successione C. de suis, & legitim. cōinunē resoluit Gomes in l. 8. Taur. nu. 5. Couar. de succes. abintestat. nu. 11. Rojas vbi suprà cap. 33. num. 24. l. 6. tit. 13. part. 9.

7 Præterea in successione iuris sanguinis potest succes-

successoriis san guinis non exten ditur ultra deci mum gradum.

Successor iures sanguinis potest hæreditatem ultimi possessoris repudiare: argum. tex. in. l. si opera-rum, ibi, licet hæres non existat. ff. de oper. libert. re-soluit Bart. & Doctores in. l. quod dicitur. ff. de ver-bor. oblig. Bart. in. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. num. 4. ff. de oper. libert. resoluit communem Couar. lib. 2. var. cap. 18 num. 2. versic. quinto. Molina lib. 1. cap. 8. num. 4. At in successione hæreditaria non potest successor partem adire, & partem repudiare. l. 1. & 2. 1. si solus in princip. ff. de acquir. hæred. l. quidam elo-gio. C. de iur. deliberand. declarat Iass. in. l. vnic. nu. 12. C. quando non petent. part. Cagnol. num. 4. in. l. ius nostrū. ff. de regul. iur. Loriot. de adiunctione axiom. 8. Marata in repet. legis is potest. ff. de acquir. hæred. à num. 18. Gomes. 1. tom. cap. 12. num. 33.

8 Rursus in successione sanguinis non potest quis proximus ex hæredari in ijs, quibus primo institutori succeditur. argum. l. 3. ff. de interdict. & relegat. l. si arrogator versic. pen. ff. de adoption. l. cohæredi. §. cum filiæ. versic. nec fideicommiss. ff. de vulgari. l. filiusfim. §. cum pater. ff. deleg. 1. ibi, *Posse ex hæredari pe-tere fidei commissum.* per quem ibi notat Corneus, & alij, quos refert, & sequitur Costa de patruo, & nepo-1e. 3. part. ex num. 21. Molin. lib. 1. de primogen. cap. 9. num. 2. Pinel. & alij, quos refert Vallascus de iure emphyt. lib. 1. quæst. 45. col. 3. & 4.

9 Deniq; in successione iur. sanguinis potest pacifi-cis sine consensu ultimi possessoris, quia nō ei, sed pri-mo institutori succeditur: argum. l. 1. C. de pactis, vbi communis notat Angel. in. l. stipulatio, hoc modo. ff. de verb. obligat, quem sequuntur plures relati à Tiraquell.

Tiraquell. de iur. primogenit. quæst. 24. num. 1. & 2. Molin. lib. 3. cap. 2. num. 22. At in successione hæreditaria, sine consensu ultimi possessoris pacisci non potest: vt in. l. vlt. C. de pact. vbi omnes. Aliæ etiam differentiæ colligi possunt ex Costa de patr. & nepot. 3. par. per totam. Suar. alleg. 10. num. 3. Garsia de ex-pens. cap. 16. num. 30. col. 2. Quæ omnia notabis ad ord. lib. 2. tit. 17. § 1. cum sequent. suprà allegatis, vbi in bonis coronæ, seu annonis à Rege ex corona con-cessis, succeditur iure sanguinis, & in bonis emphyteusis: probat ord. lib. 4. tit. 62. §. 3. Vallascus de iur. emphyteus. quæst. 50. num. 6.

10 CÆTERVM in proposita specie aduenten-dum est, quòd quanvis annona regiæ coronæ non transeat ad hæredes extraneos ex ordinatione regia, quā suprà retuli, sed tantū ad liberos iure sanguinis spectet, vt antea explicau. Tamen si Princeps con-cederer annonam gratosam pro duabus vitis Titio, cum facultate testandi in filio, aut nepote, & testa-tor decesserit ab intestato, non facto testamento, aut eo irrito, vt in. §. 1. Instit. quibus mod. testam. infir-mament. proculdubio annona pertinebit ad hæredes suc-cessores, vel iure sanguinis, vel extraneos hæredita-rio iure succedentes: ex tex. h̄c, ita vt si fuerint plus res hæredes, quia ea diuidi rectè non possit per partes, diuidetur tamen æstimatione, & adjudicatione, vt in l. si familiæ ff. familiæ erciscundæ. l. cōmuni in prin-cipio. ff. commun. diuidund. §. si familiæ. §. eadem In-stitut. de officio iudicis. Nec enim sequitur, nō diuide-tur, ergo fiet successio iure sanguinis, vt resoluit Suar. in. l. qm̄ in prioribus, in declarat. l. Regni. 2. dub. nu. 7.

S V M M A R I A E X Octauo notabili.

- 1 Redditus annonæ percepti transeunt ad hæredes, non vero ipsa annonæ.
- 2 Si in concessione annonæ dicatur pro te, tuisq; hæreditibus, annona transmittetur ad quoscunque hæredes, etiam in infinitum, nec intelligetur de primis hæreditibus, sed de omnibus.
- 3 Legatum annum pro te, & hæreditibus transmittitur ad omnes hæredes, licet regulariter legatum annum non sit transmissibile.
- 4 Legatum annum tunc censetur ad alimenta relictum, quando relinquitur pauperi.
- 5 Si relinquatur legatum annū Titio, & eius hæreditibus, non censebitur ad alimenta relictum, cum incertum sit, an hæredes Titij, pauperes, vel diuites sint futuri.
- 6 In annonæ concessione facta Titio, & eius hæreditibus, non solum intelliguntur hæredes sanguinis, sed etiam extranei, nisi dicatur pro te, & tuis hæreditibus ad vitam, vel nisi sint annonæ regiae successiones.

N O T A

NOTABILE. VIII.



T Quicquid perceptarum annonarum.

1 Notabis emolumenta, & redditus annonæ perceptos transfire ad hæredes, non verò ipsam annonā, quia est eius naturæ, quod non potest transfire ad hæredes, vt in cap. i. in fine, quis sit Dux, vel Marchio in visib; fœud.

2 Quod limita, nisi in concessione annonæ dicatur pro te, tuisq; hæreditibus, tunc enim transmittetur annona ad quoscunq; hæredes, etiam in infinitum. Nec intelligetur de primis hæreditibus, sed de omnibus argum. tex. in. l. in annalibus. C. de legat. ubi legatum annum pro te, & hæreditibus transmittitur ad omnes hæredes, licet regulariter legatum annum non sit transmissibile. l. si in singulos. ff. de annuis legat. quæ est transmissibile. Legatum annū non transmissibile. l. si in annalibus testatur Bart. ibi, non alibi reperiri, & idem testatur Bald. in. l. fin. 4. oppositione. C. de hæred. instituend.

3 Cuius rei ratio est, secundum Bart. in. l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de liber. & posthum. quia legatum annum non est sua natura transmissibile ad hæredes, sed fit intransmissibile ex natura dispositionis, quia pro primo anno est purum, in sequentibus conditionale. l. 4. ff. de annuis legat. legatum autem conditionale ad hæredes non transmittitur. l. vñica. §. si autem aliquid. C. de caduc. tollend. ideoq; si in concessione fiat mētio hæredū poterit recte ad hæredes trāsfire. Et quanvis ab hac ratione Bart. receperint

M 3

Imol.

Imol. & Alex. ibi ex eo, quia immo legatum annuum sua ptenatura intransmissibile est adhæredes, quia cē setur ad alimenta relictum. l. cum ij. §. si in annos. ff. de transactionibus, legatum autem alimentorum ad hæredes non transit. l. si cum præfinitione. ff. quando dies legat. ced.

4 Tamen ab hoc argumento rectè Bart. defendi

Legatum annuum potest, quoniam legatum annum tunc censetur ad quido censeatur alimenta relictum, quando relinquitur pauperi. Nā ad alimenta reli-
quum.

si diuiti relinquatur, non censetur ad alimenta relictum, vt optimè distinxit Accurs. in. d. §. in annos. Si igitur annum legatum relinquatur Titio, & eius hæ redibus, non censetur ad alimenta relictum, cum in certum sit, an hæredes Titij pauperes, vel diutes sint futuri: ideoq; tale legatum ad omnes hæredes, etiam extraneos transmittitur, iux. d. l. in annalibus, vt defendendo Bart. tradunt Soc. in. d. §. etiam si parente. 3. colu. in princ. Alciat. num. 26:

5 Quibus etiam addendum est, nec etiam in anno-
næ concesione intelligi de hæredibus, qui sunt de iu-
re sanguinis, sed de quibuscumq;: vt colligitur ex his,
quæ suprà dixi scholio. 7. Quod intellige nisi dicatur pro te, & tuis hæredibus ad vitam, vt habes in scholio
6. num. 4. tradit Peralta in rubr. num. 55. de hæredib.
instituend. Secundo intellige, nisi sint annonæ à Re-
ge concessæ, tunc enim in eis locum hebetit disposi-
tio ordin. lib. 2. tit. 17. cū de eis non loquatur in. §. 5.

S V M M A R I A E X Notabili nono.

- 1 Filius fam. potest testari de fructibus annonæ, que pro eius meritis ei fuit concessa.
- 2 Qui Principi, vel reip. ministrant in pace, quodammodo dicuntur militare.
- 3 Filius fam. potest testare de fructibus annonæ: etiā si ea propter servitia patris sit à rege, aut à Principe cōcessa.
- 4 Ownis donatio à Principe facta vñnes efficitus peculijs Castrensis consequitur, non solum circa vñsum fructum patri non quærendum, & collationem euitandam, sed vt de ea posset ad libitum testari filius, vel filia in patris potestate constituti.
- 5 Ampliantur prædicta, etiam si annonæ contemplatione patris sint concessæ filio fam. contra Palat. Rub.
- 6 Annona non imputantur, nec conferuntur, sicut & alia officia, & dignitates, ex quibus anni redditus percipiuntur.
- 7 Annona, quas pater ex suis bonis dat filiæ ingrediēti monosterium, conferuntur.

NOT ABILE. IX.



T quicunque.

- 1 N O T O militem, cui pro eius meritis annona ciuilis fuit assignata, testari de anno posse redditus iam perceptos in hære na Regia. des transmittere ex testamēto, vel ab intestato, aut alienationis arbitrio, quocunq; titulo distrahere.

distrahere. Quod ut in eo specialitas aliqua Imperatoris versetur, debet extendi, & intelligi, ut procedat non solū in eo, qui sui iuris est, sed in filiofam. qui paterno iuri fuerit subiectus, ut scilicet talis possit, & disponere, & testari de eis, ad instar peculij Castrensis.

2 N A M bona acquisita etiam inermi militia Castrēsia reputantur, ut in l. f. (quam non frustra glos. hic allegat). C. de silentiarijs lib. 12. Iij enim, qui, vel reip. vel Principi ministrant in pace, quodāmodo dicuntur militare, ut in l. aduocati. C. de aduocatis diversi judiciorum. Arque inde in ijs bonis habetur filius fam. tanquam paterfam. ut hic & in l. 2. ff. ad Macedon. totumq; ius est filij, non patris; ut in l. 3. C. de Castren. pecu. lib. 12. l. ex nota. &. l. ex Castren. & in l. pater. §. fin. ff. eodem tit. & in l. 3. §. 1. ff. de donat. inter. & in l. si pater. ff. de pactis: declarando tamen (vt dixi) in l. cum oportet. in 4. part. C. de bon. quæliber.

3 Q V I B V S addendum est, quod si prædictæ annonae ciuiles fuerint concessæ à Rege cuidam filiofam. pro remuneratione meritorum, & seruitiorum: tunc in eis locum habebunt plura priuilegia, quæ refert, & congerit Mench. de success. creat. lib. 3. §. 26. ex num. 2. & 5. Cassan. in cathal. gloriæ mund. 5. par. consider. 24. Iass. in authent. ex testamento. num. 12. C. de collat.

4 C O N S T A T enim omnē donationem à Principe factam omnes effectus peculij Castrensis confequi, non solum circa vsumfructū patri non quæredū, & collationem euitandam: ut specialiter notat Gomesi. in §. actiones autem de peculio. num. 13. Instit. de actio-

Qui Principi, vel
reipu. ministrant
in pace, quodāmodo
dicūtur mi-
litare.

de actionibus, sed etiam ut de illis possit testari filius, vel filia, licet in potestate patris constituti, iux. l. 1. §. hoc autem, versic. in filij. ff. ad Trebell. vbi Alex. nu. 5. & satis colligitur ex l. cū multa. C. de bonis, quæ liber. Segura in l. Imperator. num. 42. ff. ad Trebell. Guiller. in cap. Raynutius versic. matrem, num. 17. di ximus in d. l. cum oportet. num. 185.

5 Quod adeo procedit, ut etiam si prædictæ annonae fuissent patris, & postea cædem, tanquam nouæ filio concessæ, ut plerunq; sit, & contemplatione, & propter seruitia patris, adhuc in eis procedent ea, quæ nunc prædiximus, ut probat Anton. Gomesi. in l. 48. Taur. nu. 4. Caldas de nomin. emphyt. quest. 18. nu. 6. quicquid aliud velit Palat. quem reiçimus in. d. l. cum oportet, num. 188.

6 Denique aduertes prædictas annonas non imputari, ut in l. omnimodo. §. imputari. C. de inof. testam. Annonæ non imputantur. Sicut & alia officia, & dignitates, ex quibus annui reditibus percipiuntur, de quibus in l. vlt. C. de pignoribus. l. Lucius. 22. ff. delegat. 2. l. fideicomissa. 11. §. si seruo, delegat. 3. l. creditor. 54. §. inter. ff. de actionibus empti, de quibus Garsia, & alij cōplures, quos cumulatim retulimus in d. l. cum oportet, num. 189. vbi agimus de annuis redditibus, annonisq; ciuibibus eorum, qui in palatio Principis alicui muneri seruiūt, qui in militia, & dignitate esse dicuntur, ut in l. 3. C. de dignitatibus. l. vlt. C. de silentiarijs in tit. C. de priuilegijs eorum, qui in sacro palatio militat: infra hoc volum. & notauit in princip. statim huius legis, circa expositionem verbi, schola.

7 Limitatamē prædicta nō procedere in annonis,

N & pa-

Annonæ, quas pater dat filiæ moniali cōferuntur.

& panibus ciuibus, quos pater filiæ moniali ingredienti monasterium, aut alij ciuibet filio donauerit, nam tunc conferentur, & imputabuntur, tanquam profectitia ex mente ordin.lib.4.:it.77.§.1. Cætera verò circa istum punctum diffusiùs videbis in nostris commentarijs.d.l. cum oportet.

S V M M A R I A E X Decimo notabili.

1. *Beneficiarius licet de iure communi non possit de fructibus beneficij testari, poterit tamen de ijs, quos habet ex remuneratione meritorum.*
2. *In ijs, quæ clericus acquirit ex industria sua, vel doctrina liberè testari potest, & similiter de eis, quæ pro remuneratione suorum laborum, & meritorum conceduntur, etiam si ratione ordinis clericalis, veluti pro Missis dicendis, vel orationibus.*
3. *Ea, quæ dantur in præmium, & remunerationem laboris consentur per industriam quæsita, etiam si dentur pro opera, ad quam tenebatur ratione beneficij, utpote pro anniversarijs dicendis à parrocho illius Ecclesiæ.*
4. *Beneficiarius, si ultra mediocrē, & consuetam, diligentia maiorem adhibuerit illud, quod pro hac maiori diligencia meretur arbitrio boni viri, licet ex fructibus beneficij deducere potest, & de eo ad libitum disponere.*

N O T A

Etiam si de ijs, quos habet ex remuneratione meritorum, de eo ad libitum disponere potest, & de eo ad libitum disponere.

NOTABILE. X.



Bserua tex. istum ex generalitate huius verbi, quicunq;, procedere etiam in eo, qui alias testari, vel disponere prohibitus est, vt explicauit in Scholio præcedent.

Beneficiarius potest testari ex fructibus, quæsita ex remuneratione meritorum.

tento iure communi non possit de fructibus sui beneficij disponere, nec testari: cap. cum in officijs de testamento. Tamen quando fructus beneficiarius habuerit ex remuneratione meritorum, vel mercedis laboris (ad quæ alludi solet annona ciuilis, secundum ea, quæ explicauit in rubr. hujus tituli) tunc de eis impunè disponere poterit ex tex.hic.

2. Et ratio est, quia si in ijs, quæ clericus acquirit ex industria sua, vel doctrina, liberè testari potest: c. relatum, el. 2. versic. cæterū, cap. quia nos de testament. cap. Episcopi. 12. quæst. 1. ergo & de eis, quæ pro remuneratione suorum laborum, & meritorum conceduntur, etiam si ratione ordinis clericalis, vt pro Missis dicendis, vel orationibus.

3. Quia cum hæc dentur in præmium, & remunerationem laboris, césentur per industriam quæsita Panor. in cap. cum esses. num. 26. de testam. etiam si dentur pro opera, ad quam tenebatur ratione beneficij, utpote pro anniversarijs dicendis à parrocho illius Ecclesiæ, vt concludit Nauarro in apologia de rediibus

Quæ datur in præmium laboris césentur per industriam quæsita.

Ecclesiarius sive
era mediocre, &
consuetam diligē
tiam maiorē adhi
buerit, quod pro
hac majori diligē
ti amercetur, ex fru
ctibus deducere
potest.

4 Quinimō, si beneficiarius ultra mediocrem, &
consuetam diligentiam, maiorem adhibuerit, ut po
te audiendo confessiones, predicando, & similia fa
ciendo: illud, quod pro hac majori diligentia arbitrio
boni viri meretur, licet ex fructibus beneficij deduc
ere potest, & de eo adlibitum disponere ex tex. no
stro, prout enim si omnes fructus essent vniuersalis
Ecclesiæ in uno cumulo, ut seruientibus satisficeret ex
illis, debuit præstari portio cuilibet secundum pro
pria merita, iux. tex. hīc in princip. ibi, nō tātitulis dignis
tatū, quām singulorū virorum meritis, idem etiam be
neficiarius licet poterit facere in fructibus beneficij,
ut tenet Ioan. Maior. in. 4. d. 24. quæst. 17. col. 4. & se
quitur Nauarrus in apolog. de redditibus Ecclesiæ,
quæst. 1. mon. 78. num. 3. vsq; ad fin. resoluit Barbosa
in. l. diuortio, scholio. 26. ff. solut. matrim. vbi allegat
text. nostrum. Hodie tamen attenta hodierna con
suetudine generali, de quibuscumq; beneficij fructi
bus beneficiarius testari, & disponere potest, ut di
ximus in schol. 6.

S V M M A R I A E X

Vindecimo notabili.

1 Annona quando possit alienari.

Fructuum commoditas licet possit alienari, non tamen ip
sum ius videnti, & fruendi.

2 Vetus fructus quando possit alienari.

3 Annona regia corona ad instar maioratus debet adlegi

timum

tum successorempertinere, nec poterit diuidi, ali
nari, aut permutari sine speciali Regis consensu.

4 Annona an possit pignorari, & de intellectu. l. final. C.
de rebus alien. non alienand.

5 Intellectus. l. in quorum. ff. de pignoribus.
Declaratio vtilis ad. l. vnicam. C. de contractibus iuditū.

6 Annona regia nō potest pignorari, absq; regia facultate.

7 Nec etiam similiter poterit permutari.

8 Qui habet annonas regias, poterit eas cum ipso Rege per
mutare.

9 Rex catholicus debuerat exonerare patrimonium suum
ab annonis, quas prædecessores Reges donarunt, facien
do permutationem cum alijs rebus.

10 Rex non poterit compellere, ut ei vendant annuos red
ditus, nisi in eis ad sit pactum de retro.

11 Possessor maioratus non potest illum pignorare, & si ali
quam rem maioratus alienauerit, potest admitti reuo
cando.

12 Maritus, qui rem dotalem alienauit, recte poterit ve
nire contra factum proprium, & illam reuocare: con
tra Pelades.

13 Possessor maioratus, si unam rem ex bonis maioratus alie
nauit, potest eam reuocare: si vero pignori dedit, aut lo
cauit in longum tempus, vel in vitam suam non pot
erit contravenire, & repelletur ope exceptionis.

14 Possessor maioratus, si totum alienet, totum transfibit in
sequentem in gradu, nec poterit reuocare, si ad sit in eq
clausula expressa de nō alienando.

15 Si in maioratu nō ad sit expressa clausula de nō alienando,
tunc poterit possessor pro virte sua tempore alienare servitu
dinem, & pignus constituere, & resoluto iure dantis,
dicitur.

N 3 resolnitur

- resolutur ius accipientis.
- 16 *Intellectus. l. vnicæ. C. ne habitat. metrocomiae lib. 13.*
- 17 *Emptor rei dotalis potest rem retinere, donec premium ei solvatur, & idem dicendum est in emptore rei restitu-tionis subiectæ ex ratione, quæ ibi ponitur.*
- 18 *Maioratus, etiam si facta alienatione, statim spectet ad se quentem in gradu, tamen emptor recursum habebit cōtra venditorem.*
- 19 *Male fidei possessio est, qui contra legem mercatur.*
- 20 *Lex tertia. C. de fundis limitrophis lib. 11 intelligitur.*
In re Ecclesie prohibita alienari, premium applicatur Eccle-siae, quando vero prohibitio sit favore Reipubl. premium applicatur fisco.
- 21 *Annona non potest confiscari, sicut nec alimenta publicatis bonis alimentarij.*

NOTABILE. XI.

Annona quando possit alienari.



E L alienationis arbitrio.

- 1 Noto, quod licet redditus annonæ percepti possint alienari, & distrahit in præsenti, non tamen ipsa annona, quia est jus personale, vt dixi in rubrica huius tituli. Quod an hodie procedat in hoc Regno distinguendum est, quod si fuerit annona gratuita ad vitam, quæ dicitur, *Tençā gratiosa de por vīda*, tunc habet se, vt v̄susfructus, vt supra declarauit, cuius licet cōmoditas, non tamen ipsum ius vtendi, & fruēndi in corporale

corporale cedi, aut alienari potest, nec enim potest eradicari à persona v̄susfructuarij iux. ea, quæ dixi in 1. cum oportet. num. 119. pag. 39.

2 Fit inde, vt quemadmodum ipsum ius vtendi, & fruēndi, etiam vendi, & alienari potest, consentiente domino proprietatis, ita vt non iam istius mors, sed eius, in quem v̄susfructus transfertur, expectari de beat, prout nouiter tradidi in d. l. cum oportet. fol. 40. ita etiam & similiter cum consensu proprietarij, id est, personæ annonæ cōcedētis, & ipsa annona, id est, ipsum ius percipiēdi panes ciuiles, & annuos redditus vendi, & alienari, vel cedi possit, & ita s̄pē vidi practicari.

3 Si verò annona fuerit perpetua iure hereditario, vulgo dicimus, *Tençā de juro*, tunc quidem cum ista possit transferri ad hæredes extraneos, poterit etiā vendi, & alienari, tanquam aliqua proprietas, & res soli: secundum ea, quæ declarauit in rubrica huius tituli, nisi annona fuerit regia, donata ex rebus corona, seu ex redditibus patrimonij Regij cōstituta, quia tunc ad instar maioratus debet ad legitimū filium successore pertinere, nec poterit diuidi, alienari, aut permutari sine speciali Regis consensu ord. lib. 2. tit. 17. §. 5. ibi, *de iuro de herdade*, ita quidem, vt si alienetur, res reuertatur ad fiscum, premiumq; possit à venditore per emptorem repeti. ord. d. §. 17.

4 Dubitari tamen potest in proposito nostri text. Annona, an possit pignorari. ac pro

v̄susfructus quā-doposuit alienari.

ac proinde videtur censeri prohibitiū pertex. in l. ora
tio ff. de sponsalibus. Menoch. cons. 116. nu. 15. lib. 2.
Tu tamen dic, quod licet quando quis prohibetur vē
dere, prohibeatur etiam & pignori dare. l. fin. C. de
rebus alien. non alienand. cap. nulli, de rebus Eccles.
Gomes. in l. 40. Taur. num. 83. Tamen id procedit ex
tacita voluntate prohibentis, prout dicebat Butrica-
rius, quē refert Bart. in l. in quorum. ff. de pignoribus,
non verò ex propria significatione vocabuli, vt in l.
si pupillorum. §. 1. ff. de rebus eorum.

Intellectus 1. in quorum. ff. de pi-
gnor.
Intellectus ord. regiae.
Annona regia nō potest permutari.
Intellectus ord. regiae

5 Ex quibus deducitur ad tex. in d. l. in quorum. ff.
de pignoribus, vbi licet quis prohibeatur emere, non
prohibetur pignori accipere, quod est vtile ad l. vni-
cam. C. de contractibus iud. & ad ord. lib. 4. tit. 38. vbi
iudex prohibetur emere, & lib. 2. tit. 8. vbi Ecclesia
prohibetur rem immobilem acquirere sine volunta-
te Principis, quanvis enim prohibeatur emere, non ta-
men prohibetur pignori accipere per tex. in. d. l. in
quorum.

6 Vnde proculdubio dicendum est, quod quanvis
qui possidet annonas ciuiles ad vitam, non possit eas
vendere, poterit tamen pignori dari, secundum præ-
dicta. Quæ tamen aduertes non procedere in anno-
na regia perpetua, ex rebus coronæ constituta, cum
expressè prohibeatur in ea pignoris datio, absq; re-
gia facultate in ord. lib. 2. tit. 17. ibi, nem alhear, & §.
18. per argumēt. ab speciali coniunct. §. 5. ibi, juro de her-
dade.

7 Nec etiam similiter poterit prædicta annona per-
mutari, vt in d. §. 17. ibi, nem scimbar, cum permutatio
alienatio sit. l. 1. ff. de rerum permutat. & vicem em-
ptionis

ptionis obtineat. l. sciendum. §. emptorem. ff. de Aedi-
lit. edict. Nam cum eadem sit, & vendendi, & per-
mutandi ratio, prohibito uno, prohibetur & aliud, se-
cundum prædicta. Ideoq; in hoc Regno cautum est.
lib. 4. tit. fin. ne possit vendere filio quicquam pater,
aut etiam permutare, si permutatio non sit æqualis,
quia tunc eadem est ratio in utroq; scilicet timor
pretij clandestini in fraudem aliorum filiorum.

8 Cæterum, quanvis qui possidet annonas regias,
non possit cum alio permutare: notabis tamen cum
Rege ipso, à quo habet, sive i posse earum permutatio-
nem, secundum ordin. lib. 2. tit. 17. §. 19.

9 Cuius text. argumento tentari potest, posse nunc
Regem Catholicum sibi consulere causa exoneran-
di patrimonij sui, & vestigalis regij, quod ad expedi-
tionem contra infideles, & ad liberandam nauigatio-
nem à pyratis, atq; hostibus publicis, fuit inductum,
vti notatur in l. vnica. C. de classis. l. vnica. C. de pri-
matibus Alexandriæ, hoc vol. Ioan. Ceriel. lib. 2. de
primogen. quæst. 2. num. 4. vt scilicet possit annonas,
quas Moniales, Abbates, & monasteria habēt in dictis
vestigalibus, maximè in emporio Vlissiponensi, cum
alijs redditibus temporalibus permutare, & ad huius
modi permutationem possit eos compellere, fauore
publico. argum. tex. & quæ ibi notantur in. l. 4. C. de
exactoribus tribut. lib. 10. Nam licet prædictas anno-
nas non possit Princeps reuocare, vt colligitur ex
ib; quæ dixi in scholio. 3. ad med. Poterit tamen per-
mutare iux. d. ord. regiam. in. d. §. 19. licet enim vén-
iat cōtra factū propriū, recte tamē admitterur ob pu-
blicā vtilitatē. glos. in l. post mortē. ff. de adoptione.

O 10 Prædi-

Rex Catholicus
potest exonerare
patrimonium suū
ab annonis.

10 Prædicta tamen, quæ dixi, sunt intelligenda in ea annona, annuoq; redditu, qui fuerit à Regibus gratuito donatus: non autem in eo, qui fuerit pretio comparatus, nam illam poterit dominus, cum quo voluerit permutare, vendere, & alienare, nisi habeat patrum de retrò vendendo, ut communiter fieri solet.

Possessor maioratus non potest illum pignori dari. 11 EX S V P E R I O R I autem resolutione primo obserua, prædicta in annona regia procedere etiam in rebus maioratus, sive regiæ coronæ, sive patrimonialibus, ut prohibitus alienare bonavinculata, prohibeat etiam & pignus constitutere seruitutem, vsum fructum, & emphyteusim imponere. l.fin.C.de rebus alien. non alienand. Ita ut si possessor maioratus alienauerit aliquam rem maioratus, possit admitti reuocando, nam quando quis prohibetur alienare ex causa publica rectè admittitur reuocando, ut in. l. quemadmodum. C. de agricol. & censis. lib. 11. per quem ita tenet Paul. de Castro in.l.filiusfam. §. Diui num. 3. ff. delegat. 1.

12 Quo exemplo, & similiter maritus, qui rem dotalem alienauit, cum in eo etiam versetur fauor publicus rei dotalis: iux. tex. in. l. ff. solut. matrim. & in l.i. per totum. ff. de fund. dotali: rectè poterit contravenire, ut est glos. in princip. Instit. quibus alienari licet, vel non. His enim casibus, licet, quis veniat contra factum proprium: Tamen recte admittetur ob publicam utilitatem; ut sentit glos. in. l. post mortem. ff. de adoptionibus, tenet Bart. in auth. de non alien. rebus Eccles. in princ. num. 6. quicquid contrarium dicat Pelaes in suo tractat. maioratum. 4. par. quæst. 15.

13 Est autem differentia inter casum, quo possessor maioratus

Maritus potest reuocare alienata rei dotalis

maioratus alienauit, utrè vnam ex pluribus vinculatis, & inter casum, quo imposuit seruitutem, vel pignori dedit, aut locauit in longum tempus, vel in vitam suā. Nam primo casu sit diuisio, quod contrarium est ipsi maioratu, nec enim diuidi potest. Secundo vero casu, sibi solum præiudicat, non autem sequentibus in gradu, tunc enim non poterit contrauenire, quoniā licet iure seruitutis, aut pignoris res non teneatur, ut in. d. l. fin. C. de rebus alien. non alienan. Repellitur tamen is, qui pignori rem dedit ope exceptionis, arg. text. in. l. per fundum. ff. de seruitut. rust. præd. & in. l. fin. ff. cōia præd. & in. l. vēditor. ff. eodē tit. q; nō est ita in primo casu, quia in eo præiudicat fibi, & familiæ, at q; volūtati testatoris, prout latè probat Pinel. in. l. i. 3. p. nu. 99. C. de bonis matern.

14 Nam si possessor totum maioratum alienauerit, si sit patrimonialis, statim transibit in sequentem in gradu. l. cum pater §. libertis. ff. delegat. 2. l. peto. 71. §. fratre eodem tit. nec poterit reuocare, ut suprà dixi. Si vero sit regiæ coronæ ad eam deuoluetur, secundū ord. lib. 2. tit. 17. §. 17.

15 Cæterum prædicta intelligenda sunt, quando in bonis vinculatis, & fideicōmissio subiectis adest clausula expressa de non alienando, nam si non adsit, cū possit possessor rem alienare pro vitæ suæ tempore. Possessor maioratus quando possit alienare pro vita suæ tempore. 1. Statius Florus. §. Cornelio felici. ff. de iure fisci. l. seruo legato. §. 1. ff. deleg. 1. & in. l. 3. §. sin autem auaritiae. C. communia delegatis, cū alijs, & docet Paulus in. d. l. filiusfamil.. §. Diui num. 7. Molina lib. 1. de primogen. cap. 13. num. 33. bene consequitur, & seruitutem, & pignus mero iure posse constitui: ita tamen,

vt resoluto iure dantis, resoluatur etiam ius accipientis. d.l. 3. §. sin autem auaritiae. C. communia delegat. l. si is cui. §. hæres. ff. quemadmodum seruitutes amittant. & in.l. 6. §. fin. ff. de in diem. adiecit. cum multis alijs, prout defendit Gomes in.l. 40. Taur. num. 81. Pinen. omnino videndus in.d.l. per totam. Ratio autem differentiae est, quia primo casu adest duplex fideicōmissum, vnum de non alienando, alterum vero de restituendo familiæ, quo casu statim sequēs admittitur, non expectata morte possidentis, vt nos latè aduertimus in.l. filius fam. §. Diui. ff. deleg. i. in lectura, quā Salmanticæ publicè fecimus, quæ omitto, ne omnia ibi tradita transcribere videamur.

16 Quibus addendū est, quod quēadmodū casu, quo quis annonas regias alienauit, & fiscus reuocauit, emptor repetit pretiū à venditore, vt suprà notaui. Ita similiter in maioratu erit dicendū, vt expressiū caueatur in.d. ord. reg. lib. 2. tit. 17. §. 17. ibi, secā logo tornadas. facit tex. in.l. vnic. C. ne habitatoribus metrocomiæ lib. 11. in fin. dū ait forensem prohibitū emere, si emat posse pretiū reperere. Quod tamē difficile est, quia in qualibet re prohibita alienari, emptor non potest pretiū, si scienter emit, repeteret. l. quemadmodū. C. de agricol. & censit. lib. 11. l. 1. C. de prædijs decuriō. lib. 10. l. 2. C. ne rei dominicæ. l. iubemus nulli. §. 1. C. de sacros. Eccles. l. 1. C. de præscrip. 30. vel. 40. ann. & in.l. vlt. C. de litigios. tradit Afflīct. decis. 278. cuius rei rationē eā esse existimat, quia is bonā fidē alias necessariā in contractu vēditionis nō habet, cū in eo causa nolit esse dñs emptor, sed prædo, ideoq; vēditorē nō potest obligare, quēadmodū, & is, qui scienter emit

rem

Intellectus. l. 1. C.
ne habitatoribus
metroc. lib. 11.

rem alienā, vt in.l. si in emptione. §. item. Et quanvis glos. in.d.l. vnic. distinguat inter scientē, & ignorantē, quod etiam sentit glos. in.d.l. quēadmodum verb. empta. Tamen Bald. in.l. fin. §. fin. C. cōmunia delegat. indistincte tenet pretiū eum non amittere per tex. ibi & in.d.l. vnicā, & opinionē Bald. sequitur Felin. in.c. cum causam. nu. 26. dere iud. Andr. Siculus in.c. audiētiam in fin. extra de reb. Eccles. qui mouentur ex eo, quod in tali casu nihil cautū est de ammissione pretiū: vnde si expressim caueatur, quod premium amittatur, nulla erit dubitatio. vt in Ecclesia eiente rem immobilem sine Principis licentia, cautum est in ord. lib. 2. titulo. 8.

17 Tu autem defendes Bald. ex eo, quod videtur cōtra bonam fidem, vt is, qui vendidit rem, eam possit recuperare, & pretiū retinere, quo casu premium recuperari posse: tenet Bartol. in.l. si debitor. ff. quæ in fraud. cred. cuius opinionem sequitur ordin. lib. 4. titul. 6. Nam qui emit rem dotalem scienter à marito, premium non amittet, poterit enim interim rem retinere, donec premium sibi soluatur, prout tenet Gomes, alijs tamen rationibus in lege. 50. Taur. nu. 61. licet contrarium teneat Faber. in princip. num. 8. Institut. quibus alien. licet vel non. Imol. in.l. cum vir, num. 9. ff. de vscacion. & in capite cum continat num. 20. de iure iurando. Nam cum talis emptor possit aliquo casu dominus fieri, vt in dicta. l. cum vir, non omnino est in mala fide, quemadmodum & illē, qui scienter rem emit subiectam restitutioni, nam neq; is premium amittet. l. fin. §. fin. C. cōmunia delegat, potest enim aliquo casu defēcta, scilicet, conditione

O 3

legati

Emptor rei dotalis potest rem retinere, donec pretiū ei dissoluatur.

Iegati dominus fieri, vt in d.l.fin. §. fin autem auaritie
1. fundum ff. de condit. & demonstrat.

18 Vnde siue maioratus facta alienatione deuoluatur ad coronam, siue sequens statim admittatur in casu alienationis, existimarem emptorem recursum habiturum contra venditorem, iux. ea, quæ diximus, licet regulariter, quando res alienatur cõtra legis prohibitionem, & einatur ab emptore sciente, pretium rei applicetur fisco, vt in dicta lege quemadmodum, & in lege. 1. C. de prædijs decurion. iege final. C. de litigiosis.

Pretium, quando applicetur fisco. 19 Et ratio est, quia male fidei possessio est, qui contra legem mercatur, ex d.l. quemadmodum, & tenet glos. in cap. 1. de prohibita fœud. alienat. per Fœder. Imol. in d.l. cum vir num. 7. ff. de vsu capion. & sequitur ord. lib. 4. tit. 45. & ideo applicatur pretium redemptioni captiuorum ex ord. lib. 3. tit. 30. quod de iure communi verum esse probat Card. in Clement. 1. de rebus Eccles.

20 In re autem Ecclesiæ prohibita alienari, pretium applicabitur Ecclesiæ, cum eius fauore fiat prohibitio in l. iubemus nulli. §. 1. C. de sacrof. Eccles. Bart. in d. Intellexus. I. 3. C. quemadmodum. At quando prohibitio fit fauore publico, applicatur fisco, & ira intelliges text. in l. 3. C. de fundis limitrophis lib. 11. licet enim reseruet actio nem emptori contra venditorem, non tamen negat, quin pretium debeat ad fiscum pertinere.

21 VLTÉRIVS aduertendum est, ea, quæ notauimus in alienatione annonæ regiæ, vt nullo modo possit alienari ex ord. lib. 2. tit. 17. §. 2. habere locum in alienatione voluntaria; Secùs vero in alienatione necessaria,

necessaria, vt latius scribam in l. quemadmodum infra de agricolis, & cens. hoc lib.

22 VLTÉRIVS obseruandum est, quod licet donata per Principem alicui pro se, & descendantibus possint infiscari ad vitam delinquentis, vti notatur in l. Status Florus. §. fin. ff. de iure fisci. Tamen si donata sint pro annona, id est, in almoniâ, cum hæc contineat eandem causam alimentorum (vt suprà dixi) & relata, vel obligatio alimentorum præstandorum non egrediatur personam alimentarij, l. cum ij. ff. de transactionibus. l. is cui. ff. de aliment. & cibar. legat. propterea nec in fiscum per publicationem bonorum transibunt, etiam viuente alimentario, sed apud eum permanebunt, quia sic damnatus est capax alimentorū, d.l. is cui, & l. seruis. ff. eodem tit. l. in metallum. ff. de ijs, quæ pro non scriptis habentur. & in terminis ita decidit Salicet, in l. si ademptis. C. de sententiam passis, Alber. in 3. part. stat. quæst. ix. Aegid. Bossius in titulo de publication. bonor. nu. 72. vbi refert ita fuisse decissum, & sensit Bald. in l. corruptionem ad fin. C. de vsu fructu, sequutus est Borgninus in tractat. de vsu fructu num. 238. vbi tamen post Francisc. Marci decis. 833. in l. p. limitat quando alimenta debentur ratione vsu fructus, nam extincto vsu fructu in persona vsu fructuarij extinguetur quoq; ius alimentorum, quod vsu fructui inheret, resolutus Anton. Peregrin. de iuribus fisci lib. 5. tit. 1. nu. 123.

Annonæ non com
fiscantur.

23 VLTÉRIVS aduertendum est, quod licet donata per Principem alicui pro se, & descendantibus possint infiscari ad vitam delinquentis, vti notatur in l. Status Florus. §. fin. ff. de iure fisci. Tamen si donata sint pro annona, id est, in almoniâ, cum hæc contineat eandem causam alimentorum (vt suprà dixi) & relata, vel obligatio alimentorum præstandorum non egrediatur personam alimentarij, l. cum ij. ff. de transactionibus. l. is cui. ff. de aliment. & cibar. legat. propterea nec in fiscum per publicationem bonorum transibunt, etiam viuente alimentario, sed apud eum permanebunt, quia sic damnatus est capax alimentorū, d.l. is cui, & l. seruis. ff. eodem tit. l. in metallum. ff. de ijs, quæ pro non scriptis habentur. & in terminis ita decidit Salicet, in l. si ademptis. C. de sententiam passis, Alber. in 3. part. stat. quæst. ix. Aegid. Bossius in titulo de publication. bonor. nu. 72. vbi refert ita fuisse decissum, & sensit Bald. in l. corruptionem ad fin. C. de vsu fructu, sequutus est Borgninus in tractat. de vsu fructu num. 238. vbi tamen post Francisc. Marci decis. 833. in l. p. limitat quando alimenta debentur ratione vsu fructus, nam extincto vsu fructu in persona vsu fructuarij extinguetur quoq; ius alimentorum, quod vsu fructui inheret, resolutus Anton. Peregrin. de iuribus fisci lib. 5. tit. 1. nu. 123.

SVM MA-

S V M M A R I A E X XII. notabili.

1. *Si sint duo coniuncti in concessione annonae, veluti duo coniuges, socij, fratresve, eorum altero descendente res integra pro iudicio pertinebit ad alterum, non ad fiscum.*
2. *Intellectus.l. vnicæ.C. si liberalitatis Imperial. socius sine herede decesserit, iunct. glos. quæ ibi ita eleganter prosequitur, & obseruat Ant. Pereglin. de iuribus fisci, lib.1. tit.2. num. 103.*
3. *Casus satis notabilis proponitur.*
4. *Non consideratur media persona, sed prima, à qua beneficium emanauit.*
5. *Ius accrescendi non datur in portione non agnita.*
6. *Ius substitutionis non transmittitur ad heredes.*
7. *Quando ius accrescendi est vnitum cum iure substitutionis benè transmittitur ad heredes.*
Intellectus.l. qui patri. ff. de acquir. hered.

NOTABILE. XII.



E L hereditatis merito.

1. Habet tex. iste, quod emolumēta annonæ iam decursa possunt trāsire ad hæredes ex testamento, vel ab intestato, vt suprà explicauimus in schol. 9. vbi diximus annona ipsam principalem non transire. Quod tamen vltimo loco intelligendum est, nisi in eius concessione, liberali beneficio, & principali mercede à Rege gratuito facta, sint duo cōiuncti, veluti duo coniuges, socij,

socij, fratres simul nominati; nam tunc proculdubio eorum altero descendente (non obstante quod regulariter annona morte accipientis regulariter extinguitur) res integra hoc casu pro iudicio pertinebit ad alterum, non ad fiscum, ex text. notabili in l. vnicæ. C. si liberalitatis imperial. socius sine herede decesserit, iunct. glos. quæ ibi ita eleganter prosequitur, & obseruat Ant. Pereglin. de iuribus fisci, lib. 1. tit. 2. num. 103.

2. Et licet ille textus loquatur in Imperatore: in Rege tamen, & Principe etiam locum habebit secundum ea, quæ scripsimus in nostris commentarijs legis cùm oportet. vlt. part. num. 185. Deniq; si annona Regia grata, & gratuita sit duobus simul donata, morte vnius eius pars non fisco, sed consocio applicabitur.

3. Ut iam ex ijs obseruādum sit in casu proposito satis notabili, de quo fui aliquando consultus facile posse de iure respondi. Nam serenissimus Rex Sebastianus optimus meritorum remunerator annona concessit Titio gratuitam cum facultate disponendi pro duabus vitis, quas nominasset, vel non. Titius ex facultate Regia fratrem, & vnicum filium suum impuberem cohæredes, & tanquam socios simul, & coniunctim instituit in Regia annona, eq; fratrem dictū pupillariter substituit, moritur frater iam à pupillo adita patris hæreditate: Deinde impubes antequād decimumquartum annum attingeret. Quæstionis est, an ad matrem eius legitimam successorem pupilli pars annonæ, an vero ad fratris hæredes annona integra pertineret.

Intellectus
l. vni. C. si
liberal. im
perial. so
cius sine
hered.

Castr. de annon. ciuib.

Non consi 4 Mouet dubitatio, quia frater, & pupillus duo so-
deratur media per cij in liberalitate Regia sunt coniuncti, nec enim at-
soa, sed tenditur media illa persona patris testatoris, se
prima a Regis, à quo emanauit. l. si cū dotem. ff. ad. l. falcid.
qua bene-
ficiū ema-
nauit. l. 3. ff. de interdict. & releg. l. vnum ex familia. §. sed

& si fundum. ff. de legat. 2. Ergo in eo procedet tex.
in. d. l. vnica. C. si liberal. imperial. lib. 10. vt pupillo
absq; hærede scripto descendente ad socium, vel
eius hæredes integra liberalitas spectaret.

5 In contrarium tamē sunt plura & efficacissima
fundamēta: hæredes, scilicet fratrii coniuncti, nullo
iure posse admitti. Nec ex iure transmissionis, quia
hæreditas non adita non transmittitur. l. vnica. §. in
nouissimo. C. de caduc. tolled. l. quoniam sororem.

Ius substi-
tutionis
non trans-
mittitur. C. de iure deliberand. cum alijs. Nec etiam iure sub-
stitutionis, quia illud non transit ad hæredes cùm sit
personale, ex Bart. in. l. 1. ff. de vulgar. & pupillar.
l. sed & si plures. l. si plures. l. qui liberis. §. hæc verba.
ff. de vulgari. l. si ex pluribus. ff. de suis & legitim.

Jus accres-
cendi non
datur in
portione
nō agnita. hæred. Nec etiam ex iure accrescēdi, quia in portio-
ne non agnita non datur ius accrescēdi. l. si minor. ff.
de acquir. hæred. tradūt omnes in. l. vnic. C. quando
non petent. partes petent. accresc.

Intellect⁹.
l. qui patri
ff. de acq.
hæred. 6 Sed ijs minime refragantibus propositam quæ-
stionem vnicum & singulare Iureconsulti Neratij
responsum decidere videtur in hæc verba: *Qui patri
hæres extitit, si idem filio impuberi substitutus est, non po-
test hæreditatem eius prætermittere: quod sic accipiendum
est etiam si viuo pupillo mortuus erit, & inde pupillus impu-
bes decesserit. Nam is qui hæres extitit, pupillo quoq; hæres
necessarius erit. Nam & si ipsum inuitum obligat coniungi
cam*

Castr. de annon. ciuib.

114

eam paternæ hæreditati, & accrescendi iure eam acquiri
cuicunq; patris hæredi existimandum est. Per quem texr.
ibi Bart. agnouit, quod quando ius accrescendi est
vñitum cum iure substitutionis transit ad hæredes:
fortiora enim sunt duo vincula, quam vnum & plura
collecta iuuāt, quæ si collecta non essent, non iuuā-
rent, explicat Dionysius Gotifredus vñico verbo in
scholijs ad illam legem. Salicet. & Albericus in. l.
quidam elogio. C. de iure deliberad. Et his sit satis,
nec enim scribendi ullus est finis.

Lex Prima. C. de annon. ciui libus lib. vnd. Imperator Theodosius.



Nnonas publicas, non tam ti-
tulis dignitatum, quām sin-
gulorum virorū mēritis at-
tributas diui Constantini &
liberalitate fatis claruit: ideo
que nihil ex ijs b scholarum
nomine vendicetur: sed pro
vniuscuiusque merito, quæ
sunt concessa seruentur: vt quicunq; perceptarum
annonarum emolumenta, vel in hæredes proprios
iure sanguinis c transfuderunt, vel in extraneos
distractionis titulo transcripterunt, maneat quod
gestum

gestum d' est, vel hæreditatis merito, vel alienatio-
nis arbitrio.

GLOSSÆ ACCVR.



Nnonas Constantini, arg. contra
insufficietes DD. vt etiam scho-
lares optimi facilius aduocentur.
Ex ijs annonis scholarū, scilicet,
si nihil meruerunt, vel dic quod
sua schola, vel vniuersitas hæc
non renocet.

c Sanguinis, vel etiam nō iure sanguinis, vt statim colligi-
tur.

d Gestum, hic de iam perceptis, sic in vſufr. vt. ff. de vſufr.
l. defuncta, & facit suprà de inofficioſ. testam. l. omni-
modo. §. fin. & de colle. illici. & infra de silent. l. fin.
& de erog. milit. anno. l. in his. & qui milit. non poss. l. §.
§. fin. que faciunt vt mortuo militante aliquid ad hære-
dem defuncti transeat. Item arg. quod idem sit in pra-
benda Clerici iam percepta.

DES

115

DESCRIPTIO AMÆ- nitatis Aranjoes suauissimi Hispaniarum Regis horti.

QVÀ Tagus Oceanū tacitè petit amne refuso,
Aurifluusq; suo gurgite voluit aquas:
Est locus irriguam vitrei propè fluminis vndam,
Rex vbi lætatur Maximus Hesperiæ,
Hunc tenera finxisse manu studiosa voluptas
Dicitur, h̄c sedem guardia læta tenent:
Ingenium Natura suum miratur in illo,
Mirata in reliquis ingeniosa fuit:
H̄c se se, & pariter naturæ ars æmula vincit,
Hoc opus ingenij non putat esse sui,
Hinc fugit AEthneis armata caloribus æstas,
Hinc procul est rigido frigida bruma gelu:
Mitia sed teneri posuere cubilia soles,
Queis gremium tepido verè relaxat humus:
H̄c Ver florigeris redemitum tempora fertis
Gaudet odoratas fonte lauare comas:
H̄c colit, h̄c necit vario de flore coronas,
H̄c choreas ducit gratia mixta iocis:
H̄c placidis Zephyrus se librat in aëre pennis,
Lenis & auratum temperat aura diem:
H̄c pulchræ florent violæ, roseiq; hyacinti,
H̄c florent multis lylia mixta rosis:
Languentes nullæ pallescunt arbore frondes
Nullaq; Riphæo frigore coesa cadit:
Florida perpetuò iucundi temporis æstas:
Arrider, placido cuncta tenore fluunt:

P 3

Gramina



Gramina non metuant calidos surgentia soles,
 Et gelidas mollis non timet herba niues,
 Squalida non condunt ferrugine nubila cœlum,
 Nec grauis effusis decidit imber aquis,
 Non coniurati perturbant æthera fratres,
 Aduersa nunquam prælia fronte gerunt:
 Hic præceps nihil audet Hyems, nimbisq; fugatis
 Ingræditur cœlo clarior orta dies:
 Erumpunt læti flores, & rore trementes,
 Sublucet dubius rure virente color.
 Pinguia vitali grandescere semina succo
 Aspices, grauida surgere gramen humo.
 Vinearure bono generosæ fertilis vuæ
 Pampineis vestit se benè culta comis:
 Hic noua de grauido turgescit palmite gemma.
 Cum se purpureo vere remittit humus,
 Inde racemiferis vites se frondibus ornant,
 Gramineumq; fouet iam noua vitis humum:
 Florida Bacheo pubescit vinea fœtu,
 Vnde suo Autumnus tempore vina feret;
 Illæ etiam vites platanos, vlmosq; maritant,
 Vitibus vt petulans incubet umbra suis.
 Colle sub aprico floret lætissimus hortus,
 Quem matutino despiscit ore iubar,
 Hortus odoratis latè defundit odorem
 Flotibus, est multo lumine pictus ager:
 Ut tellus flores terrestria sydera fundit,
 Ante oculos passim gemmeus ardet odor:
 Amplum frondosam vasto cum gurgite turrim
 In medio positam continet æquor aquæ,
 Vndiq; bis quatuor circumbellare tremes

Aspices

Aspices(mirum est hoc opus ingenij)
 Atq; vt tormentis turrim vehementibus altam
 Irruit in medio quæq; triremis aquis,
 Turris & ipsa petit multis quamcunq; triremem
 Vndis, vt petitur, sic petit ipsa rates:
 Parte alia Neptunus adest regnator aquarum,
 Manens è toto corpore corpus aquis;
 Apparet primi admisso sub limine Patres,
 Cunctis scisuris corporis vnda ruit:
 Depictus varjis Reginæ fructibus Arcus
 Dat requiem, & leni murmure riuus erat:
 Illudens pedibus locus est aspergine multa
 Humidus eximio deselientis aquæ,
 Complures stagnat longo volumine pisces
 Inclusosq; dolo comprimit vna lacus,
 Illaq; tot varijs, tot piscibus vnda natatur,
 Quot Tagus ex toto feruidus amne trahit:
 Hic Troia, hic Cretensis adest laberintius error.
 Floret odoratis terra benigna rosis:
 Arborei crescentis equi, ceruiq; videbis
 Effigiem ex myrto: pictaq; fronde virent.
 Caædida Leuchothoe, fulgentia lumina caltaæ,
 Ros maris, & violæ, lyliaq; alba micant:
 Nascitur hic stercas, necnon & candida scylla,
 Melophilum, asplinum, trifoliumq; viret:
 Dulcis odoriferas prætexit amarachus umbras,
 Ocyma, samplicum florida iactat humus:
 Ceutarea nitent vario perfusa colore,
 Hic Amaranthe tenes, hic Hyacinte locum:
 Hæc quoq; te nitido exornant Narcisse rubore:
 Irituas nitidas spargis odore comas

Hic

Hic quoq; gramineæ nascuntur in ordine frondes,
 Lotus, & huic similis tu Melilotus ades.
 Hic rosa verè nouo gemmantia lumina promit,
 Gemma colorato murice tincta rubet,
 Terra parens gaudet varios induita colores,
 Flore suum exornat versicolore caput,
 Sæpè egodigestos volui numerare colores,
 Nec potui, numero copia maior erat,
 Plurima odorifero splendent gariophila flore
 Floret, & in summo fertilis herba solo,
 Proueniant menthæ serpentia gramina tortæ.
 Hic viridiq; apio florida crispat humus:
 Rosida cum primùm percussa Aurora pruina est,
 Et nitidæ radijs intepuere comæ,
 Protinus accedunt Charites, nec suntq; coronas,
 Sertaq; Regales implicitura comas:
 Tot fulgent illic, quot habet Natura colores,
 Picta q; dissimili flore nitescit humus.
 Nector in arboribus quatuntur flamine frondes,
 Nec tot in æstiu sydera nocte micant:
 Nector ad Oceani rapidæ vertuntur arenæ
 Littora, quot flores parturit almus ager;
 Quocunq; aspicias, offendent lumina flores,
 Nec tot sufficient lumina luminibus.
 Non tam fulgenter consurgit Lucifer ortus,
 Quam nitido cultum fulget odore solum,
 Non hominum fabricata manu, sed pumice viuo
 Antraq; pendenti fornice curua patent,
 In medio tenui fons lucidissimus vnda
 Viuit, & in saxo venna perennis aquæ,
 Disfluit in certo lapidosus murmure riuis,

Ex

Et saliente leuis garrulitate fugit:
 Inde coloratis sulco gemmante lapillis
 Labitur, & querulo murmure findit humum:
 Aspirat Zephyrus, crispantur leniter vndæ,
 Et trepidant tremulo per sata læta sonó,
 Detinet hospitijs volucres frondentibus arbos,
 Texit & vmbrosas fronde virente comas:
 Interea liquidum concentibus aëra mulcent,
 Et tenui fundunt gutture carmen aues:
 Sed quia iucundo blanditur carmine somnus,
 Defessum liceat deposuisse caput.

DE C E L E B E R R I M O
Scoriali ædificio, eiusq;
fundatore.

P rinceps Iliacæ fundator Dardanus arcis,
 Aeternum Iliaca nomen ab arce tulit:
 Absumi Argolicis potuerunt Pergama flamus,
 Gloria Neptuno post fera busta viret,
 Romulus armiger statuit, qui mœnia Romæ,
 Indigetes socius fertur adisse deos,
 Auctorem celebrant Patauinæ Antenoræ pinnae,
 Sculptaq; in extinctis stant monimenta notis.
 Nec Satus Aenea quod mœnia duxerit Albae
 Ascanius merita nunc sine laude iacet.
 Nec Prænestinæ molitor Ceculus vrbis,
 Nomina habet longa deperitura die,

Q

Viuit

INTER ORBIS QUÆ
Dicuntur miracula Scoriale adi-
ficium numeratur.

Vivit & Amphion circum qui mœnia Thebis
 Addidit, extingui publica saxa vetant:
 Nicopolis domito deductum nomen ab hoste,
 Augusti seruat clara trophea sui:
 Cum primùm AEtolos Tydides conderet Arpos,
 Hinc æterna mihi gloria (dixit) erit:
 Dixit & ille Capix, Capuæ qui mœnia fecit,
 Conditor est voti compos vterq; sui.
 Celsa Paretonijs olim posuisse colonis
 Fertur Alexander tecta, decusq; manet.
 Et qui Pallantis proavi de nomine muros
 Fundauere, decus, quod meruere, tenent:
 Quæ Phario quandam statuit Busiris in agro
 Mœnia Busirim non perijisse sinunt.
 Parua Philoëste memorare Peætilia nomen
 Fertur, & auctori præmia ferre suo:
 A Eternum posita Chartagine viuit Elisa,
 Magnus ab exiguo munere partus honos:
 Nunc etiam Danaës seruat decus Ardea saxis,
 Impressum antiquis, siqua ruina manet,
 Fœmineum iactant Ephesi quoq; mœnia nomen,
 Mœnia Amazonæ constabilita manu.
 Quæ posuit Princeps Babylona Semiramis vrbem,
 Post cineres etiam non peritura viget:
 Deniq; turritas quisquis circumdedit vrbes,
 Illius haud vlla est fama terenda mora:
 Ut reliquas superant Scorialia mœnia sedes,
 Sic Philippe tibi gloria maior erit.

INTER

Q Vondā orbis totus cecinit spectacula septē,
 Singula diuinæ credita laudis opus:
 Pyramidum moles tangebant vertice Olympum,
 Queis talit immensum Memphis in astra caput.
 Tellure in Pharia educi noua machina visa,
 Direxit vastas ars Ptolomea rates:
 Lata duos Babylon vidiit per mœnia currus,
 Vtq; rotas neuter stringeret alterius:
 Expensis Asiæ totius sacra Dianæ
 Templa plagæ superæ sunt imitata domus,
 Ausonij tumulum Caria obstupefacta Tyranni
 Irrisit vasto, quidquid in orbe fuit.
 Vastæ molis erat Rodij, qui tecta Colossus
 Despiciens proprius sydera vidi humo:
 Ipse sui obstupuit miratus Sculptor honoris,
 Eleo finxit qui simulachra Ioui,
 Hæc coluit septem, qui non Scorialia vidiit
 Mœnia, quæ ista modo iam videt, octo canat.

F I N I S.



Q²

M A D R I T I

Apud Petrum Madrigal,

F S 9 . I.